DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. AUGUSTINI SÉPINSKI
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. CAROLO BALIĆ
SOCIIS
PP.: MARTINO BODEWIG, STANISLAO BUŠELIĆ, PETRO ČAPKUN-DELIĆ, BARNABA HECHICH
IOANNE JURIĆ, BRUNONE KOROŠAK, LUCA MODRIĆ, SEBASTIANO NANNI, IULIO REINHOLD
ODULFO SCHÄFER

V

765 .I7 1950 v.5
Special collec.
53594

CIVITAS VATICANA

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLIX

# [DISTINCTIO DECIMA SEPTIMA

## PARS PRIMA

### DE HABITU CARITATIS

### QUAESTIO 1

UTRUM NECESSE SIT PONERE CARITATEM CREATAM, FORMALITER INHAERENTEM NATURAE BEATIFICABILI]

[Q. 1] [1] Circa distinctionem decimam septimam quaero utrum necesse sit ponere caritatem creatam, formaliter inhaerentem naturae beatificabili [1]. 1

Quod non:

Augustinus, VIII *De Trinitate* cap. 11: « Qui diligit proximum, consequens est ut ipsam dilectionem diligat; *dilectio* autem *Deus est*; consequens ergo est ut diligat Deum » [2].

Quaero quomodo accipit dilectionem in minore? Si formaliter, habeo propositum; si effective, tunc erunt quattuor termini [3], quia maior non est vera nisi de dilectione formali qua diligitur proxi-

---

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

7 *adnot.* Distinctio XVII $A^1$ *et multi* 7-10 ¶ Circa — Quod non *sign.* Vacat $\Lambda^{Y2}$
7 Circa — quaero] Iam nunc accedamus etc. (= *textus Magistri*). Circa istam 17 distinctionem in qua Magister agit de missione invisibili Spiritus Sancti, quaeruntur tria: primum est Σ | quaero *om.* CRZ 8 creatam *om.* Σ | formaliter inhaerentem] i. f. Σ 8-9 beatificabili] *rescr.* $I^2$ *add.* secundum et tertium de augmento caritatis, et primum istorum duorum est, supposito quod caritas possit (posse $\Sigma^Q$) augeri, utrum caritas praeexsistens corrumpatur tota; secundum est utrum illud positivum caritatis praeexsistentis quod manet in augmento sit tota essentia caritatis. Circa primum arguitur Σ 11 De Trinitate] Trinitatis (*ante* VIII Λ) CPMVZ$\Gamma^{BD}$Λ 12 ipsam dilectionem] *post* diligat PIVΓ d. i. CZ *praem.* et $\Lambda^{O2}$ *add.* praecipue $\Lambda^{O2}$ 13 est[1]] *om.* M *add.* I Ioan. 4: Deus caritas est $\Gamma^{D2}$ | consequens ergo] e. c. CMZΣ | est[2] *om.* DV$\Gamma^{D*}$ 15 habetur V$\Gamma^{BD}$

F 11 AUGUST., *De Trin.* VIII c. 7 n. 10 (PL 42, 957): « Qui proximum diligit, consequens est ut et ipsam praecipue dilectionem diligat; 'Deus' autem 'dilectio est, et qui manet in dilectione, in Deo manet'; consequens ergo est ut praecipue Deum diligat ». 12-13 I Ioan. 4, 16.

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 17 pars 1 q. 1; *Rep.* I A d. 17 pars 1 q. 1. [2] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* I d. 17 c. 1 n. 144 (I 106-107). [3] scil. in syllogismo Augustini lin. 11-13.

mus. Si etiam dicas quod 'praeter illam dilectionem quae est Spiritus Sanctus, est alia dilectio formalis', ergo est fallacia consequentis in argumento Augustini, arguendo 'diligit dilectionem formaliter, ergo hanc', – quia antecedens potest verificari pro alia [1]. Si ergo argumentum debeat tenere, oportet quod Deus sit formaliter dilectio et omnis dilectio quae est formaliter in diligente respectu proximi.

2 Item, XV *De Trinitate* cap. 19: 'Nullum est donum excellentius isto dono, quod est caritas; et nullum est donum Dei excellentius Spiritu Sancto; ergo Spiritus Sanctus est caritas' [2]. Istud argumentum non valeret nisi esset de caritate formali et quod praecise Spiritus Sanctus esset illa.

3 Si etiam dicatur ad istas auctoritates [3] quod Spiritus Sanctus [2]
dicatur 'caritas' causaliter, obviat Magister in littera, qui adducit Augustinum quod ipse intelligat formaliter. Dicit enim Augustinus XV *De Trinitate* cap. 18 vel 17: «Non dicturi sumus 'caritatem' dictam esse Deum eo quod sit donum Dei, sicut dictum

---

ADCPMSRIVZΓ$^{BDN}$Λ$^{YO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 illam = ADΛ$^{O}$ istam *rell.* (*om.* P) *edd.* 2 formalis = A formaliter *rell. edd.* | est$^{2}$ *om.* DCPMSRIVZΓΛ$^{Y}$ 3 in argumento] in arguendo A *om.* Λ$^{O}$ | Augustini *om.* CPMRIVZ Γ$^{BD2N}$Λ | arguendo] *praem.* sicut D *om.* Γ$^{N}$ *add.* sic CZΣ *add.* hoc M | diliget CMRIZΛ$^{O}$ 5 pro] per D | Si ergo] Igitur si Σ | debet VΓ 6 dilectio et *om.* Λ$^{Y}$ | et] sic etiam D | et omnis dilectio] et omnino dil. RZ *om.* PVΓΣ 6-7 diligendo Λ$^{O}$ 7 proximi] *add.* sit Deus S$^{2}$Λ$^{O}$ 8 Item] Praeterea Σ | De Trinitate] Trinitatis (*ante* XV Λ$^{O}$) CPMR$^{2}$VZΓ$^{BD}$Λ *om.* R′ | 19] 18 Λ$^{O2}$ | donum] donum Dei *ante* est Λ$^{O}$ 9-10 isto — excellentius *om.* C$^{2}$M 9 et] sed C$^{2}$ 9-10 et nullum — caritas *om.* D$^{2}$Z 9 Dei *om.* PI$^{*}$VΓ 10 Spiritu Sancto] isto quod est Spiritus Sanctus D$^{2}$ | Sanctus *om.* Γ$^{BD}$ | Istud] Illud Γ$^{B*D}$ *add.* consimiliter Λ$^{O}$ 10-11 argumentum] *add.* confirmatur quia Λ$^{Y}$ 11 formaliter CVZΣ 12 est Γ$^{BD}$ 13 dicat P | istas auctoritates] a. i. Σ 14 dicatur] *post* caritas Λ$^{O}$ dicitur Σ | obviat] hic obv. *post* Magister D dicit *post* Augustinum (15) C$^{2}$P$^{2}$MS$^{2}$I$^{*}$(*post* littera)ZΓ$^{BD}$ *add.* (!) dicit (dicens Λ$^{O2}$) *post* Augustinum (15) RΛ$^{O2}$ *om.* S′ | in littera] *ante* Magister SΛ in hac l. VΓ$^{D}$ in l. hac P$^{*}$Γ$^{B}$ | qui adducit] adducens Λ$^{Y}$Σ 15 intelligit PRIVΓΛ | formaliter] *add.* non per expressionem causae Γ$^{D2}$ 15-16 Augustinus *om.* ΛΣ 16 De Trinitate] Trinitatis CPMRV ZΓΛ | 18 vel 17] 8 v. 17 VΛ$^{O}$ 28 v. 17 D 18 I$^{2}$ 17 Σ | Non] *add.* enim Λ$^{O2}$ 17 caritatem] *praem.* propterea Λ$^{O2}$ *add.* non propterea P | dictam] illam Λ$^{O}$ *add.* illam P$^{2}$ | sit] *add.* dictum Γ$^{N}$ | sicut] ut Σ

F 8 AUGUST., *De Trin.* XV c. 19 n. 37 (PL 42, 1086): «Si in donis Dei nihil maius est caritate et nullum est maius donum Dei quam Spiritus Sanctus, quid consequentius quam ut ipse sit caritas?» *14* LOMBARDUS, *Sent.* I d. 17 c. 3 n. 147 (I 108-109): «Sed ne forte aliquis dicat illud dictum esse per expressionem causae 'Deus caritas est', eo scilicet quod caritas sit ex Deo et non sit ipse Deus..., occurrit Augustinus ostendens non hoc esse dictum per causam». *15-16* AUGUST., *De Trin.* XV c. 17 n. 27 (PL 42, 1080).

T [1] scil. dilectione formali (quae non est Spiritus Sanctus). [2] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* I d. 17 c. 2 n. 146 (I 108). [3] scil. Augustini, – cf. supra p. 139, 11-13 et hic lin. 8-10.

est *Tu es patientia mea*; hunc enim sensum facile refellit Scripturarum ipsa locutio: tale enim est *Tu es patientia mea* quale *Tu es spes mea*» etc. «Non autem sic dictum 'Domine, caritas mea', aut 'Tu es caritas mea', sed ita dictum est *Deus caritas est* sicut dictum est *Deus spiritus est*».

Item, per rationem: omnis creatura potest intelligi non-bona, quia est bona per participationem; sed caritas non potest intelligi non-bona; ergo videtur quod sit bona per essentiam, – igitur etc. 4

Contra:

Augustinus *De moribus Ecclesiae*, pertractans illud ad Rom. 8 *Quis nos separabit a caritate Christi*: «Caritas Dei» – inquit – «huiusmodi dicta est virtus, quae animi nostri rectissima affectio est». 5

## [QUAESTIO 2

### UTRUM NECESSE SIT PONERE IN HABITU RATIONEM PRINCIPII ACTIVI RESPECTU ACTUS]

[Q. 2] [1] Iuxta hanc quaestionem[1] propono aliam, in generali, de habitu: utrum necesse sit ponere in habitu rationem principii activi respectu actus[2]. 6

---

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 est] *add.* Deo $\Lambda^{O2}$ | patientia] *pon.* spes $D^2$ 1-2 hunc — patientia mea *om.* $V^1$ 1 facile] facilem R$\Gamma^{N*}$ pacialem (!) C*MZ | refellit] repellit CMRZΓ 2 ipsa] *in corr.* $C^2$ illa M ipsarum *ante* Scripturarum (1-2) R | enim est] est en. CPMSRZ$\Lambda^Y\Sigma$ | quale] *in corr.* $S^2$ *add.* est D$\Lambda^O$ 3-4 etc. — mea *om.* C 3 sic] sicut DMRZ sit A | dictum] *add.* est P$S^2$RIVZ$\Gamma^{BD}\Lambda^O$ 3-4 Domine — dictum est *om.* VZ 3 Domine] Domino $\Gamma^{B2}$ *om.* D 3-4 aut — mea *om.* $P^2$MS R$\Gamma^N\Sigma$ 4 est[1]] ita I′ *om.* $I^2\Gamma^N\Sigma^Q$ 4-5 dictum est] dictum I* *om.* V$\Gamma^{BD}\Sigma$ 6 Item] Et D Praeterea V$\Gamma^{BD}\Lambda\Sigma$ | per rationem] ratione Σ *om.* $\Lambda^{O*}$ 7 quia est bona *om.* D | sed *om.* $\Gamma^{BD}\Lambda\Sigma$ 8 non-] nisi P | ergo videtur quod sit] ergo vid. DSR$\Gamma^N$ ergo est Σ vid. etiam $\Lambda^Y$ ergo $\Lambda^O$ quia est $I^2$(*in ras.*)V$\Gamma^{BD}$ | etc. *om.* Σ 10 Ecclesiae] *comp.* D *add.* 4 V$\Gamma^{BD}\Lambda^Y$ *add.* cap. 4 $I^2\Lambda^O$ 11 Christi] etc. $\Lambda^Y$ *om.* $\Lambda^{O*}$ *add.* etc. $\Gamma^{BD}$ | Dei, inquit = A inq., Dei (Dei) dicitur $\Gamma^{N*}$) *rell. edd.* 11-12 huiusmodi] huius DP$\Lambda^O$ haec $C^2$V$\Gamma^{BD}\Lambda^Y\Sigma$ hic $I^2$ 12 virtus] ut Σ *om.* $\Lambda^Y$ | quae animi] quaedam V$\Gamma^{B*D*}\Sigma$ | animi nostri] causa iustissima D cum iustitia C*MRZ$\Gamma^{N*}$ *praem.* cum iustitia I* | nostra Σ | est[2] *om.* D$\Sigma^{Q*U}$ 16 *adnot.* Quaestio 2 $A^1$ *et multi* 16-*p.* 142, 1 ¶ Iuxta — sic *sign.* Vacat $\Lambda^{Y2}$ 16 hanc] istam (*post* quaestionem Σ) V$\Gamma^{BD}\Lambda^Y\Sigma$ | pono D | aliam] secundam V *add.* quaestionem V$\Gamma^{BD}$ | de habitu *om.* $\Gamma^N$ 17 necessario DCMZ

F 1 Ps. 70, 5. 2-3 Ps. 90, 9. 4 I Ioan. 4, 16. 5 Ioan. 4, 24. 10 August., *De moribus Ecclesiae catholicae* I c. 11 n. 19 (PL 32, 1319): «Sin 'virtus' [Rom. 8, 38] illa dicta est quae ipsius animi nostri rectissima affectio est: si in alio est, favet ut coniungamur Deo, – si in nobis est, ipsa coniungit». 10-11 Rom. 8, 35(-39).

T [1] Cf. supra p. 139, 7-9. [2] Cf. Duns Scotus, *Collationes Paris.* collat. 3 [6] (cod. Oxon.

Quod sic, arguitur:

Habitus est quo habens utitur cum voluerit, ex Commentatore III *De anima* commento 18[a]; 'uti' competit agenti, nam patiens principio passivo non utitur.

7 Praeterea, quattuor condiciones attribuimus habitui, et habenti habitum: quod operatur delectabiliter, faciliter, expedite et prompte.

8 Ex qualibet potest argui propositum:

Ex prima, quia actus qui prius fuit disconveniens agenti, non fit conveniens sibi nisi ipsum in quantum agens aliter se habeat; ergo cum per istum habitum, per quem competit sibi operari, sit sibi conveniens, et ita delectabile, – agens ipsum aliter se habet in quantum agens.

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* super illud 'Oportet igitur ut in ea sit intellectus[1]: «Haec», inquit, «est definitio intellectus, ut habitu intelligat[2] illud quod

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 arguitur] *ante* Quod $\Gamma^{B}$ *om.* $\Lambda^{Y}\Sigma$ 2 cum] quando $\Lambda^{O}$ 2-3 ex Commentatore] secundum Commentatorem ΛΣ 3 commento 18] tunc igitur (!) D *om.* $C^{2}$PMSIZ$\Gamma^{BD}$ΛΣ *add.* a. $\Gamma^{N}$ | nam] eam D 4 principio passivo] *post* utitur Σ pass. pr. Λ primo pass. D 5 condiciones] actiones $\Gamma^{D}$ | habitui, et] hab. vel V *om.* PI$\Gamma^{BD}\Lambda^{YO2}\Sigma$ 6 habitum] *ante* habenti (5) Σ *om.* $C^{*}$Z *add.* et habenti habitum $I^{*}$ *add.* scilicet V$\Gamma^{BD}$ | quod *om.* $C^{2}$M | delectabiliter, faciliter = $AC^{3}\Gamma^{D2}$ *edd.* f., d. $C'\Gamma^{D'}$ *rell.* | expedite] *praem.* et CPMRZ 7 Ex qualibet] *praem.* Et Σ *add.* horum $\Gamma^{N}$ 8 prima] primo P *add.* sic PI$\Gamma^{N'}$ *add.* arguo sic V$\Gamma^{BDN2}$ | actus] *add.* primi D | prius] primo DCPMSRIZ$\Gamma^{N}\Sigma$ 9 sibi] *ante* conveniens PIV$\Gamma^{BD}$ΛΣ ibi $\Lambda^{O*}$ *om.* DCMSRZ$\Gamma^{N}$ 10 cum = A | istum] *post* habitum CMVZ$\Gamma^{BD}$Λ illum I$\Lambda^{Q}$ *om.* PR$\Gamma^{N}$ | competit sibi] s. c. $\Gamma^{N}\Sigma$ convenit s. RI *om.* $\Lambda^{O}$ | sit = A erit D fit *rell. edd.* 11 delectabile] delectabiliter (not. alias: delectabile $C^{3}$) $C^{2}$ *om.* V$\Gamma^{BD*}\Lambda^{Y}$ *add.* et per consequens Σ | agens] *post* habet Σ de agente V$\Gamma^{BD'}\Lambda^{Y}$ *om.* DCPMSRIZ$\Gamma^{D2N}\Lambda^{O}$ | ipsum] *post* aliter CZ se ipsum *post* aliter MR in se ipsum *post* habet $\Gamma^{N}$ habitu Σ *rep.* $\Gamma^{B}\Lambda^{Y}$ *add.* autem $\Lambda^{O2}$ 11-12 in quantum agens *om.* $\Sigma^{U*}$ 13-*p.* 143, 22 super — sed = DCMRVZ $\Gamma^{N}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}$μυ; ¶ *text. sign.*: Aliqui textum habent (*sequitur textus*). Et non debet esse $\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}$ *lin. anfractuosa* μ 13 igitur *om.* CMVZ | in *om.* D 13-14 intellectus] intentio D 14 Haec] Hoc R | definitio] distinctio (ante est $M^{*}$) DCMV | habitu] habitum M$\Gamma^{N}$ per habitum Z | illud] id CVZ

F *2-3* AVERROES, *De an.* III com. 18: «Deinde dicit 'et intellectus, secundum quod facit ipsum intelligere omne': et intendit per istum, illud quod fit, quod est in habitu. Et hoc pronomen 'ipsum' potest referri ad intellectum materialem, sicut diximus; et potest referri ad hominem intelligentem, et oportet addere in sermone: 'secundum quod facit ipsum intelligere omne ex se, et quando voluerit'. Haec enim est definitio huius habitus, scilicet ut habens habitum intelligat per ipsum illud quod est sibi proprium ex se, et quando voluerit, absque eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco».

coll. Magdal. 194, f. 63*vb*-65*vb*): «Utrum habitus perficiens aliquam potentiam sit principium activum actus, ita quod per habitum tamquam per principium activum eliciatur actus».

T [1] ARISTOT., *De an.* III t. 18 (translatio arabico-latina) (Γ c. 5, 430*a* 14). [2] scil. suppositum habens habitum.

Ex secunda condicione arguitur, quia quod est ex se summe dispositum ad patiendum, non indiget facilitari ut patiatur; sed potentia habitualis – cuiusmodi est intellectus et voluntas – est ex se summe disposita ad recipiendum actum (quia non habent [1] contrarium, et propter hoc non indigent motu ad hoc ut agant); ergo habitus per quem facilitatur [2], disponit ipsum [3] ad agendum et non ad patiendum. 9

Ex tertia condicione arguitur, quia cuius est impediri, ei competit expeditio; sed impediri competit agenti, quando virtus activa eius deficit et ab alia superatur; ergo habitus per quem competit alicui expedite operari, est ipsius ut est activum. 10

[2] Ex quarta arguitur sic, quia cuius est tarde vel non prompte operari, eius est etiam promptitudo; sed 'non prompte operari' competit agenti in quantum activum, non in quantum passivum; ergo et promptitudo, quam tribuit habitus, pertinet ad agens in quantum agens. 11

Praeterea, ad principale:

Habitus inclinat potentiam ad actum. Duplex autem est inclinatio, videlicet potentiae passivae ad formam et potentiae activae ad agere: habitus non inclinat primo modo, nam actus recipitur in est sibi proprium ex se, et quando voluerit, absque eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco» [4]; sed. 12

---

ADCPMSRIVZΓ$^{BDN}$Λ$^{YO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 condicione *om.* VΓ$^{BD}$ΛΣ | arguitur] sic Σ *add.* sic DPIVΓ$^{DN}$Λ | quia *om.* VΓ$^{BD}$Λ$^{Y}$Σ 2 non indiget facilitari *om.* Σ$^{U2}$ | facilitari] *comp.* Σ$^{U?}$ faciliori DR *add.* ad patiendum Σ$^{QU2}$ | ut] vel ut Σ 3 cuiusmodi est] cuius est ADSR sicut VΓ$^{BD}$Λ | et] *add.* etiam D | est$^{2}$] *pon.* sunt P$^{2}$ 4 habet DI$^{2}$VΓ$^{BDN2}$Λ$^{Y}$ habuit Γ$^{N'}$ 4-5 contrarium] *praem.* actum Λ$^{O}$ *add.* actum P$^{2}$ 5 indiget I$^{2}$VΓ$^{BD}$Λ$^{Y}$ | motu] *add.* nisi Σ | ut] quod Γ$^{N}$ | agat I$^{2}$VΓ$^{BD}$Λ$^{Y}$ 6 facilitantur DPΛ$^{O}$ | disponunt D | ipsam Σ | et *om.* Λ 7 ad *om.* RΓ$^{N}$Λ$^{O}$ 8 condicione] conclusione C *om.* Σ | arguitur] sic Σ *add.* sic PIΓ$^{N}$ 8-9 ei competit] ei convenit DSR eius est PI 9 competit] convenit SR | quando] quia CMZ 9-10 activa eius = AΓ$^{N}$ eius τ eius (*comp.* Λ$^{Y}$) act. *rell.* ρπγβμυ 10 competit] convenit SR contingit P 11 alicui] actui Γ$^{D}$ aliqualiter P | expedite] expedire, agere sive P impedite D | ipsius] *add.* agentis D | est activum] a. e. VΓ$^{BD}$Λ 12 quarta] *add.* condicione VΓ$^{BD}$ | arguitur *om.* Σ | quia *om.* Σ 12-13 operari *om.* VΓ$^{BD2}$Λ$^{Y}$ 13 etiam] *ante* est CPMRZΓΛ$^{Y}$Σ *om.* DΛ$^{O}$ 13-15 sed — promptitudo *om.* D$^{2}$Σ$^{Q2}$ 13 non prompte operari] prompte agere R 13-14 competit] convenit R 14 in quantum$^{2}$] in D$^{?}$ ut Σ$^{U}$ *om.* CPMSRIZΓΛ$^{YO2}$ 15 et *om.* MVΓ$^{BD}$ 19 videlicet] scilicet (*post* potentiae$^{1}$ Λ$^{O}$) Λ$^{O}$Σ 20 actus] habitus Λ$^{O}$ 21 sibi] *post* proprium CMVZ *comp.* R *om.* D | proprium] propositum D | ex] secundum CMVZ | quando *om.* R | in] et D 22 extrinseco] *add.* uti C | sed *om.* C$^{2}$VZ

T [1] scil. intellectus et voluntas. [2] scil. potentia habitualis. [3] scil. summe dispositum ad patiendum. [4] Averroes, *De an.* III com. 18 (textus cf. ad p. 142, 2-3).

potentia immediate, alioquin actus perfectus et imperfectus non haberent idem susceptivum; ergo inclinat secundo modo, ut principium activum ad agere, – quod est propositum.

13 Item, secundum Philosophum VIII *Physicorum* et II *De anima*, anima ante scientiam est in potentia essentiali, habens autem scientiam est in potentia accidentali. Quod autem reducit de potentia essentiali ad accidentalem respectu operationis, videtur esse principium activum respectu eius, quia est quo habens operatur: unde Philosophus vult II *De anima*, quod sicut scientia est « quo scimus », ita anima est « quo vivimus et sentimus » etc.[1], et per consequens sicut anima est quo agimus actus vitales, ita scientia est quo active speculamur.

14 Item, aliquis habitus est practicus, et talis aliquis est activus, ut prudentia, – aliquis factivus, ut ars; ratio practici in communi, et factivi in speciali, videtur concludere in tali habitu rationem principii activi.

15 Contra: [3]

Relatio non est principium activum, nec aliquid essentialiter includens relationem[2]; habitus autem est 'ad aliquid', secundum Philosophum VII *Physicorum*; ergo etc.

---

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 immediate *ante* recipitur (*p.* 143, 20) Σ  2 idem susceptivum] s. i. (i. *om.* S*) DCMSRZ  2-3 principium] primum Σ  4 Item] Praeterea Σ | VIII] 7 DCMSRI*VZ$\Gamma^N$  5-6 essentiali — potentia *om.* A  6 ducit $\Gamma^{D*}$ deducit $\Lambda^{O'}$ reducitur V deducitur $\Lambda^{O2}$  7 accidentalem] actualem D$\Gamma^{D*}$ actum talem R  8 eius] *add.* habitus (*add.* autem $D^2$) videtur de potentia essentiali reducere (red.] *ante* de $P^2$ *add.* intellectum $\Lambda^{O2}$) ad accidentalem (actualem $D^2$) $D^2P^2\Lambda^O$ | est] *add.* illud D | quo] *add.* omnis $\Sigma^Q$  9 quod] quia DP$\Gamma^B$  10 est$^2$ *om.* CPMSRIVZΓ | quo$^2$] qua $\Lambda^O$ *om.* V$\Gamma^{BD}$ | etc. *om.* RΣ  11 quo] qua $\Lambda^O$  12 est *om.* $\Gamma^{DN}$ | quo] qua $\Lambda^{O2}$ | active] actu DC*PMRIZ  13 Item = A Praeterea *rell. edd.* | habitus] actus D*C*MSRZ$\Gamma^{N*}\Lambda^Y\Sigma$ | aliquis$^2$] *post* est$^2$ P'$\Gamma^B$ *om.* DC*$P^2$MSRV*(*ante* talis)Z$\Gamma^{DN}\Lambda\Sigma$ | activus] *ante* est$^2$ $\Gamma^N$ actus C*MR*$\Lambda^Y\Sigma$ accidens Z  14 aliquis] *add.* est R | ratio] *praem.* sed Σ *add.* autem $I^2$  15 et] *add.* ratio R | in speciali] specialiter (*ante* factivi V$\Gamma^{BD}$) V$\Gamma^{BD}\Lambda^O$ | videntur DP$\Gamma^N$  16 activi] *comp.* D *om.* $\Gamma^N$ *add.* ergo Σ  18 principium] principiorum $\Lambda^Y$ *om.* A  18-19 essentialiter includens] i. e. V$\Gamma^{BD}\Lambda^O\Sigma$  19 autem *om.* V$\Gamma^{BD}\Lambda^Y\Sigma$ | est] dicitur $\Lambda^O$  20 etc. *om.* Σ

F 4-6 ARISTOT., *Physic.* VIII t. 32 (Θ c. 4, 255*a* 30-255*b* 5); *De an.* II t. 55 (B c. 5, 417*a* 21-28).  9-10 ARISTOT., *De an.* II t. 24 (B c. 2, 414*a* 4-7. 12-13).  19-20 ARISTOT., *Physic.* VII t. 17 (H c. 3, 246*a* 30-246*b* 21): « Habitus enim virtutes et malitiae sunt, virtus autem omnis et malitia 'ad aliquid' sunt ».

T [1] id est « et movemur et intelligimus primo » (Aristoteles).  [2] scil. est principium activum.

Confirmatur ratio, quia non minus requiritur entitas realis absoluta in principio motus quam in termino: si ergo habitus caret entitate absoluta quae sufficiat ad terminandum motum (secundum Philosophum V [1]), multo magis caret ea quae requiritur in principio activo. 16

Praeterea, secundo, respectu unius actionis est una potentia activa (Commentator V *Physicorum*); sed non solus habitus est potentia activa respectu operationis, quia tunc ipse habitus esset potentia (quia potentia est qua simpliciter possumus), et non esset 'illud quod perficitur per ipsum' simpliciter potentia; ergo solum illud quod perficitur per habitum, est principium activum operationis. 17

Confirmatur ista ratio, quia una actio requirit principium formale quo eliciatur 'per se unum'; aggregatum ex potentia et habitu est 'unum per accidens', non 'per se'; ergo hoc totum non potest esse 'quo' respectu operationis 'per se unius'. 18

Praeterea, accidens non est principium agendi in subiectum proprium; sed operatio, ad quam ponitur habitus, recipitur frequenter in potentia cuius est ille habitus; ergo respectu illius [2] non est habitus principium activum. 19

Praeterea, aliqui habitus sunt in potentiis sensitivis appetitivis; iste appetitus non est activus, quia secundum Damascenum 20

---

ADCPMSRIVZΓ$^{BDN}$Λ$^{YO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

2 termino] *add.* motus PIVΓ$^{BD}$Λ$^{O}$ | si ergo] igitur si Σ  3 motum] motionem P motum vel motionem VΓ$^{BD}$  4 V] 5 Physicorum VΓΛ$^{O2}$ 7 Physicorum P 5 vel 7 Physicorum Γ'γ 5 ibi (ibi] id est Λ$^{Y}$) CMRZΛ$^{Y}$ ibi (*comp.* Λ$^{O}$) ADSI$^{2}$Λ$^{O'}$ρτπβμυ ibidem Σ | caret *om.* C*M  6 secundo] secunda D *om.* VΓ$^{BD}$Λ$^{O}$Σ | respectu *om.* DCPMSRZΓ$^{N}$Λ$^{Y}$  7-8 Commentator — activa *om.* Γ$^{B}$Σ$^{U2}$  7 Commentator V Physicorum = A 5 Phys. Com. Λ$^{O'}$ 5 Phys. Com. (Com. *ante* V τ secundum Commentatorem υ *om.* γ) commento 7 (7] 37 et 38 βμυ 31 τ) Λ$^{O2}$ *edd.* 5 Phys. Σ$^{Q}$ 5 Phys. commento (*add.* 7 P$^{2}$IVΓ$^{D}$ *add.* 7 vel 83 Γ$^{N}$) Σ$^{U2}$ *rell.* (*om.* Γ$^{B}$)  8-9 respectu — potentia est *om.* Λ$^{O2}$  9 et] *add.* sic Σ  9-10 non esset *post* ipsum (10) Σ  10 quod] quo Λ$^{O}$  10-11 per ipsum — perficitur *om.* Γ$^{N2}$  11 per] *add.* ipsum Λ$^{O}$ | esset CMRZ | activum] *add.* respectu Σ  13 ista ratio] illa r. SΛ$^{Y}$ *om.* Σ | requirit] *add.* unum R  14 quo eliciatur] quae (!) e. D quo elicitur V *om.* P$^{2}$ | unum] *om.* Γ$^{BD}$ *add.* sed Σ  16 esse] *add.* principium Γ$^{D2}$Σ  17-18 in subiectum proprium *om.* D$^{2}$  17 subiectum] principium A$^{2}$(*post* proprium, 18)  19-20 non est *om.* D$^{2}$(*post* habitus, 20)  20 habitus principium activum] p. a. h. Σ  22 iste] ille Λ$^{Y}$ modo D *praem.* et P$^{2}$Λ$^{O}$ *add.* autem Σ | appetitus] habitus VΓ$^{BD}$ *add.* sensitivus D

F 4 Aristot., *Physic.* V t. 10 (E c. 2, 225*b* 11-13): «Neque etiam est [motus] in 'ad aliquid': contingit enim altero mutante, verum esse, alterum nihil mutans; quare secundum accidens motus horum est». 7 Averroes, *Physic.* V com. 38. 22 Damasc., *De fide orth.* c. 36 [II c. 22] (ed. Buytaert 138, 107; PG 94, 946): «Ducitur magis rationalis appetitus, quam ducit».

T [1] scil. Physicorum (ex p. 144, 20). [2] scil. operationis.

«sensus non ducit, sed ducitur»; ergo nec forma eius potest esse principium activum, quia si esset, oporteret quod concurreret cum potentia in agendo.

## ⌈I. – AD SECUNDAM QUAESTIONEM

### A. – EXPONUNTUR ET EXAMINANTUR QUINQUE SOLVENDI VIAE

#### 1. – PRIMA VIA⌉

21 ⌈Opinionis expositio⌉ – Ad istam quaestionem[1] dicitur quod aliter est de habitu acquisito et aliter de habitu infuso. Nam ab alio est actus naturalis hominis, et[2] expeditio actus, propter indeterminationem quam habet natura respectu illius actus, – et ideo virtus acquisita est perfectio naturae, praesuppositae in ratione principii actus; sed si virtus supernaturalis esset[3] naturae, praesuppositae in illo esse cui correspondet talis actio, tunc ipsa tantum facilitaret naturam, sicut virtus acquisita: sed hoc est falsum, immo ab eodem est 'esse gratuitum'[4] et simpliciter elicitur actio gratuita, secundum illum gradum[5], – ita quod virtus acquisita est virtus secundum illam rationem virtutis quae ponitur II *Ethicorum*, sed virtus theologica non sic, sed secundum illam rationem virtutis qua ponitur quod virtus est 'ultimum de potentia'. [4]

---

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 forma] habitus $S^2\Lambda^O$ 3 in agendo] ad agendum vel in agendo Σ 7 quaestionem] *add.* dico I 8 aliter² *om.* DCMS$\Lambda^Y$ | habitu²] *om.* Σ *add.* et C | Nam] Non $\Gamma^{D'}$ Nam non $\Gamma^{D2}$ 9 et] *add.* ab alio $\Gamma^N$ | expeditior $C^*P^2$MRZΛ | actus² ] *add.* et hoc D 11-13 ratione — in *om.* V 12 actus] *not.* vel: activi $\Lambda^{O2}$ | sed si] si autem Σ sed $S^*$ | supernaturalis] naturalis $\Gamma^{BD2}\Lambda^{O2}$ | esset] *add.* perfectio $P^2$ 13 cui correspondet] concurreret C'MZ$\Lambda^Y$ cui corresponderet $C^2$ 13-14 tantum] *post* facilitaret (14) P *om.* C$\Gamma^{BD2}$ 15 elici $C^*$MR$I^2$VZ$\Gamma^{BD}\Lambda^Y\Sigma$ 15-16 actione gratuita $I^2$ actionis gratuitae Σ 17 ponitur] *add.* a Philosopho V$\Gamma^{BD}$ | II Ethicorum] *om.* $\Lambda^{O2}$ *add.* quod (*om.* $\Gamma^N$) virtus est ultimum (-ma $\Lambda^O$) de potentia A$S^2$VΓ$\Lambda^O$ *add.* virtus habentem perficit etc. $P^2$ 18-19 sed¹ — de potentia *om.* C$P^2$M$S^2I^2$Z$\Lambda^Y$ 18 virtus *om.* $P^2$ 18-19 sed secundum — de potentia *om.* $S^2\Lambda^O$ 18 sed² *om.* AVΓ | virtutis *om.* $P^2$ 19 qua

F 7-19 HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 100G-101H). 17 ARISTOT., *Eth. ad Nic.* II c. 5 (B c. 5, 1106*a* 15-17): «Dicendum igitur quoniam virtus omnis, cuius utique fuerit virtus, et id bene habens perficit et opus eius bene reddit». 19 ARISTOT., *De caelo* I t. 116 (translatio arabico-latina) (A c. 11, 281*a* 10-12): «Dicamus ergo quod definitio potentiae est ultimum potentiae rei».

T [1] scil. secundam, cf. supra p. 141, 17-18. [2] id est: 'et ab alio est' etc. – Expeditio quidem actus est ab habitu virtutis acquisitae, a natura vero seu ab anima – ut a principio – est actus naturalis. [3] scil. perfectio. [4] scil. 'esse supernaturale'. [5] id est: 'et ab eodem (scil. ab habitu supernaturali) simpliciter elicitur actio gratuita, secundum quod gradus ille supernaturalis requirat'.

⌜Opinionis improbatio⌝ – Contra istam opinionem[1], si sic intelligat[2] quod habitus supernaturalis est simpliciter principium respectu actus, arguo sic: 22

Quo quis potest simpliciter operari, illud est potentia; ergo habitus supernaturalis erit potentia. Antecedens patet, quia potentia est qua simpliciter et primo possumus agere[a].

Praeterea, ex hoc[3] sequitur ulterius quod non plus erit voluntas bona si operetur per habitum caritatis, quam lignum perficitur in agendo si agit per calorem inhaerentem accidentaliter[b]; exemplum: sicut enim ex hoc[4] nulla competit actio ligno per formam ligni, sed tantum illi agenti[5] quod recipitur in ipso, ita etiam videtur quod actio illa quae competeret caritati ut principali principio, nullo modo competeret voluntati ut voluntas. Et etiam sequitur ulterius[6] quod sicut calor si esset separatus, aeque calefaceret, ita caritas si esset separata, aeque ageret, nam omnis forma quae est totale principium agendi ut est in subiecto, si per se est, potest 23

---

[a] *Adnotatio Duns Scoti:* ⟦ Verum est[7] de genere actionis, falsum est de operatione-actione[8]. ⟧

[b] *Adnotatio Duns Scoti:* ⟦ Illa actione non perficitur subiectum per se, cuius formale principium est 'accidens per accidens' illius subiecti[9]. ⟧

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

ponitur = A II Caeli et mundi $I^2$ quae pon. ⟦*addunt:* II Caeli et mundi $P^2$ II De caelo et mundo Σ I De caelo quod scilicet π *add.* (= *rep.*) II Ethicorum (*p.* 146, 17) — ponitur (*p.* 146, 19) $D^2$⟧ $DP^2RV\Gamma\Sigma$ *edd.*

1 si sic] sic, si R  1-2 intelligatur $\Lambda^O$  2 supernaturalis *om.* $D^*C^*MSRZ\Gamma^N\Lambda^Y$ | simpliciter principium] p. s. $CMRZ\Lambda^Y$  4 illud *om.* Σ | est] *add.* de A  4-5 ergo — patet *om.* $D^*$  5 erit] esset C est $PR\Gamma^D\Lambda^O$  6 agere] operari et (vel Σ) ag. $\Gamma^{BD}\Sigma$ ag. et operari $V\Lambda^{O2}$ *om.* $\Lambda^{O'}$  8 lignum] *add.* cum $C^2$ *add.* quod $S^2\Gamma^{N2}$  9 agit] agat $PIV\Gamma$ | inhaerentem accidentaliter] sibi acc. inh. $V\Gamma^{BD}\Sigma$ actualiter (pon. formaliter $\Lambda^{O2}$) inh. $\Lambda^O$  9-10 exemplum = $AMR^2$ρ per exemplum γ  10 sicut enim = A nam sicut *rell. edd.* | competit] *post* actio $I^2\Sigma$ convenit PSRI *pon.* convenit $\Lambda^{O2}$  13 etiam = A ex hoc *rell. edd.*  14-15 calefaceret — aeque *om.* $\Gamma^B$  16 per se est *om.* $\Sigma^U$  17-18 Verum — operatione-actione = $A^1R^2V^2\Gamma^{B1}$ ⟦*post* accidentaliter (9) $V^2$ *sine praecisa indicatione* $A^1\Gamma^{B1}$⟧; ¶ *text. sign.*: Scotus extra $A^1$ Extra $R^2$ | operatione-actione] actione operationis $V^2\Gamma^{B1}$  19-20 Illa — subiecti = $AD^2MR^2V\Gamma\Sigma^{Q2}$ργ; ¶ *text. sign.*: Scotus extra $A^1$ Extra $R^2\Gamma^{B1}$ Vacat $\Gamma^{D2}$  19 Illa] *praem.* Nam $\Gamma^{N2}$ *add.* enim $D^2$ | per se *om.* $\Gamma^D$  20 principium] *add.* activum $D^2MV\Gamma^{BD}$ | per accidens *om.* $D^2$

[1] Cf. supra n. 21.  [2] scil. Henricus (n. 21).  [3] scil. quod si habitus est principium actus (lin. 2-3).  [4] scil. quod lignum ageret per calorem (lin. 9).  [5] scil. calori.  [6] scil. ex eodem (cf. nota 3).  [7] id est: 'Verum est de agere' etc.  [8] Cf. infra n. 49. 51 et p. 158 nota 5. – Cf. Duns Scotus, *Quodl.* q. 13 n. [25-31].  [9] id est: 'Illa actione cuius formale principium est accidens per accidens, in aliquo subiecto, subiectum non per se perficitur (sed per accidens)'; voluntas ergo non perficitur per se caritate, nec lignum calore, et sic de aliis.

per se operari, – et ita sequitur evidenter propositum, quod scilicet habitus erit potentia [a].

24 Praeterea, operatio non elicitur libere, cuius principium activum est mere naturale; sed habitus cum non sit formaliter voluntas, nec per consequens formaliter liber, si est principium activum erit mere naturale; ergo operatio eius non erit mere libera, et ita nullum 'velle' erit liberum si eliciatur ab habitu ut a totali principio activo. [5]

25 Praeterea, tunc homo semel habens caritatem, numquam posset peccare mortaliter, quod est inconveniens. – Probatio consequentiae, quia habens formam aliquam activam praedominantem sibi, numquam potest moveri contra inclinationem illius formae praedominantis, sicut numquam corpus mixtum grave potest

---

[a] *Adnotatio Duns Scoti:* ‖ Nihil, si calor esset principium activum respectu alicuius quod esset perfectio ligni, esset simile sicut 'calor est activus' (utrumque inconveniens bene sequitur, ponendo habitum rationem recipiendi operationem) [1]; nihil de operari [2], – deest enim causa materialis operationis; nihil etiam de agere [3], de genere actionis, quia sic [4] est tantum principium immanentis, non transeuntis [5] (sed quare non est [6]?). ‖

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 per se] *ante* potest (*p.* 147, 16) RI$\Lambda^{O}\Sigma$ *om.* DC*MS*Z$\Gamma^{N*}\Lambda^{Y}$ 1-2 scilicet *om.* V$\Gamma^{BD}\Lambda^{O*}$ (*ante* quod, 1)$\Sigma$ 2 erit] est I$\Gamma^{DN}\Sigma$ 3 operatio] *add.* illa $\Sigma$ | cuius] cum CM 4 naturale = A naturale et agens per modum naturae *rell. edd.* 5 formaliter *om.* $R^{2}\Sigma$ 6 eius] *ante* operatio $\Sigma$ *om.* $\Gamma^{D*}$ | libera] naturalis $I^{3}$ 7 erit liberum] *post* eliciatur $\Gamma^{D*}$ esset lib. C est lib. $\Lambda^{O}$ | si eliciatur] etsi el. $\Gamma^{D2}$ si elicitur V$\Gamma^{B}$ | ab habitu] ad habitum D 7-8 ut — activo] principii totalis activi R 9-10 posset peccare] peccaret CPMRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ 11 aliquam] *ante* formam PI$\Gamma^{N}\Sigma$ *post* activam $\Gamma^{D}$ 12 numquam] non $\Lambda^{Y}$ 13 numquam] *post* grave $P^{3}\Sigma$ *om.* P′ | corpus *om.* V$\Gamma^{BD}$ 14-19 Nihil — non est = $A^{1}$V$\Gamma^{BD}$ ⟦*immediate post* subiecti (*p.* 147, 20)⟧; ¶ *text. sign.*: Scotus extra $A^{1}$ Extra $\Gamma^{B1}$ Vacat $\Gamma^{D2}$ 14 Nihil] Exemplum V$\Gamma^{BD}$ 15 esset[1]] *add.* per se V$\Gamma^{BD}$ | est *om.* $\Gamma^{D}$ | activus *om.* $\Gamma^{BD}$ 17-19 nihil — non est *om.* V$\Gamma^{BD}$

T [1] id est: Si in prima deductione (p. 147, 7-9) poneretur quod calor esset principium activum respectu alicuius quod esset perfectio ligni, nihil ibi esset simile de voluntate (immo esset dissimile, quia tunc voluntas perficeretur); sed ponendo 'calor est activus', ut ponitur p. 147, 7-9, esset simile, scilicet quod sicut lignum non perficeretur calore, ita nec voluntas caritate. Et cum ista duo exempla – aeque ponibilia – concludant contradictoria de voluntate, dimittatur simile ex principiis activis habitus et caloris: sufficit enim ut loco « si sic... actus » (p. 147, 1-3) ponatur 'si sic intelligat quod habitus supernaturalis est simpliciter ratio recipiendi operationem', et aeque bene sequetur utrumque inconveniens (p. 147, 7-9. 13-15). [2] id est: 'nihil esset simile de operari, scilicet quod forma illa sicut operatur in subiecto, sic posset operari quando est per se' (p. 147, 15-148, 1). [3] id est: 'nihil esset simile etiam de agere (si scil. dicatur quod forma illa sicut agit in subiecto, sic posset agere quando est per se [p. 147, 15-148, 1]), accipiendo agere' etc. [4] scil. quando est per se (forma illa). [5] scil. actionis. – Cf. p. 158 nota 5; DUNS SCOTUS, *Quodl.* q. 13 n. [27]. [6] scil. principium etiam actionis transeuntis?

ascendere contra inclinationem terrae dominantis; sed caritas – si est totale principium activum – praedominatur ipsi voluntati, quae non potest in actum illum; ergo voluntas sequitur semper inclinationem caritatis in agendo, et ita numquam peccabit.

Praeterea, actus ille non est meus qui non est in potestate mea; sed actio ipsius habitus non est in potestate mea, quia habitus ipse – si est activus – non est liber, sed principium naturale; ergo illud 'diligere' non erit meum, sic quod in potestate mea sit, et ita non merebor illo actu [a]. 26

⌈2. – SECUNDA VIA⌉

[6] ⌈Opinionis expositio⌉ – Alia via potest dici quod virtutes acquisitae et infusae non differunt [1] modo praedicto [2], sed eodem modo comparantur ambae quantum ad substantiam actus [3]: et tunc est unus modus d i c e n d i, quod actus habet suam substantiam a po- 27

---

[a] *Sequitur textus a Duns Scoto cancellatus:* nec ego potero dici agere operationem illam, et ita actiones meritoriae non sunt voluntatis nec suppositi volentis, quod videtur inconveniens.

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 dominantis] praedominantis $\Sigma^{Q}$ *praem.* in eo $R^{2}$ 2 totale] *post* activum V$\Gamma^{BD}$ *post* principium $\Lambda^{O}$ *not.* vel: naturale $\Lambda^{O2}$ 3 sequitur semper = AD semp. sequitur (-quetur υ) *rell. edd.* 5 ille = AΣ | meus] *in corr.* $S^{2}$ medius V$\Lambda^{Y}$ melius A intellectus $D^{*}$ 6 sed — mea *om.* M | actio] actus VΓΣ | habitus²] *post* ipse (7) DR$\Gamma^{N}$ *om.* $C^{2}$PMSIVZ$\Gamma^{BD}$Λ 7 ipse] *post* si $P^{2}\Lambda^{O}$ iste D impossibile $C^{2}$ | si] qui R *om.* $S^{*}$ | est²] erit V$\Gamma^{B}\Lambda^{O}$Σ | sed] *add.* erit $\Gamma^{B}$ *add.* ⌈...⌉ $\Gamma^{D2}$ *add.* est respectu diligere D | naturale] principale A 8 illud *om.* CZ | erit] est $\Gamma^{D}\Lambda^{O}$ esset C 8-9 sic quod — actu *om.* $D^{2}$CPMS$R^{2}I^{2}$ZΛ *edd.* 8 sit] *ante* in $D^{2}I^{2}$V $\Gamma^{BDN2}$Σ *om.* $\Gamma^{N'}$ 8-9 et ita — actu *post* volentis (16-17) $\Gamma^{N}$ 9 merebitur $\Gamma^{B}$ | illo actu] a. i. Σ 11 Alia via] Aliter Σ | posset V$\Gamma^{BD}\Lambda^{O}$Σ 12 modo praedicto] p. m. Σ 13 comparantur] operantur ACMSVZΓ$\Lambda^{Y}$ | quantum *om.* $\Gamma^{BD*}\Lambda^{O2}$ | actus] *praem.* ipsius D *om.* V$\Gamma^{BD2}$ | est] *post* dicendi (14) Σ *om.* $\Lambda^{Y}$ 14 suam] *post* substantiam $\Lambda^{Y}$ *om.* $\Lambda^{O}$Σ 15-17 nec ego — inconveniens = ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BN}$ΛΣ *edd.*; ¶ *text. sign.*: Vacat, sic in libro Duns $A^{1}$ Vacat $V^{2}\Gamma^{B2}$ *lin. anfractuosa* μ 15-16 operationem] *post* illam (16) PIV$\Gamma^{B}$ actionem $\Gamma^{N}$ 16 illam] aliquam $C^{2}$MS$R^{*}$Z$\Gamma^{N*}\Lambda^{Y}$ aliam D | actiones] operationes Σ | meritoriae] voluntatis $\Gamma^{N}$ | nec] ut $\Gamma^{B*}$ *add.* volentis nec D | suppositum V 17 quod] quia C

F 14-p. 150, 3 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* XI q. 4 in corp. (PhB V 22-24): «Nunc autem cum potentias naturales dicamus esse per se rationes agendi vel patiendi, quae illis adveniunt accidentaliter, possunt esse quaedam dispositiones ipsarum et non principia per se ad agendum vel patiendum... Cum ergo voluntas sit naturalis potentia animae respectu actus diligendi..., ab illa per se ipsam eliciendi, illa est per se principium elicitivum talis actus. Habitus autem quicumque

T [1] scil. quoad actus electionem. [2] Cf. supra n. 21. [3] id est, quantum ad electionem actus in se seu in gradu intrinseco (cf. infra n. 55. 64). Comparantur quidem ita ut nec virtus infusa nec acquisita sit principium istius actus (in priore namque opinione [n. 21] aliter dicitur, ut patet ex n. 22 et p. 146 nota 2).

tentia, sed intensionem talem vel talem habet ab habitu, ita quod quasi duobus in actu – scilicet substantiae et intensioni – correspondeant duo in ratione principii vel causae.

28 ⌜Opinionis improbatio⌝ – Contra istud arguo, quia intensio actus non est aliquod extrinsecum, accidens actui, sed gradus intrinsecus actui, – ita quod actus intensus est quoddam 'per se unum', sicut huiusmodi individuum in specie. Non ergo potest esse aliud principium substantiae huiusmodi actus, et intensionis suae, quia a quo est hoc individuum, ab eodem est gradus intrinsecus proprius huic individuo: non enim potest recipere naturam ab aliquo, et 'hanc naturam' signatam, quin recipiat eam in certo gradu. – Iuxta hoc, quasi ex eodem medio, posset argui sicut prius argutum est ad principale [1], quod cum actus intensus sit 'per se unum', et aggregatum ex potentia et habitu sit quasi 'unum per accidens', non potest hoc totum esse principium illius. Sed ista forma arguendi [2] non cogit (unde et postea solvetur [3]), sed prima [4] cogit, quod unde est 'hoc unum', inde habet certum gradum intrinsecum huic.

29 Praeterea, secundo, quandocumque principium naturaliter activum concurrit cum causa libera agente, semper illud principium [7]

---

$ADCPMSRIVZ\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 sed *om.* Σ | vel] et $V\Gamma^{BD}\Sigma$ 3 in ratione] ex parte Σ 4 istud] illud $\Lambda^{O}$ hoc Σ | arguitur $\Lambda^{O}$ | quia] *in corr.* $\Gamma^{N2}$ quod $P\Lambda^{Y}$ 5 aliquid $PSR\Gamma^{N}\Lambda$ | accidens] actionis V | actui] actus D 6 actui] actus D | quoddam] quod $P^{2}$ quid $\Lambda^{O}$ 7 huiusmodi = $AP\Gamma^{N}$ρ huius $CM\Lambda^{Y}$ hoc $DSRIZ\Lambda^{O}\Sigma$τπβγμυ hoc huius $V\Gamma^{BD}$ | individuum] *om.* $S^{2}$ *add.* indivisum $ADCPMS^{*}RI^{*}Z\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ | Non] *post* ergo $\Gamma^{N}$ Si $V\Gamma^{BD*}$ | aliud] *ante* esse D aliquod (*add.* aliud $\Lambda^{O2}$) $VZ\Gamma^{BD*}\Lambda^{O}$ aliquid (*pon.* aliud $C^{2}$) C 8 substantiae *om.* $\Gamma^{D2}$ | huiusmodi] huius $DCPMRI^{2}VZ\Gamma^{BD}\Lambda\Sigma$ *om.* $I'$ | et] *om.* $I^{*}$ *add.* aliud $\Gamma^{D2}$ 9 hoc] *post* individuum D *om.* $V\Gamma^{BD}\Sigma$ 10 non enim] non igitur $D\Lambda^{Y}$ igitur non (*add.* enim $I^{2}$) $PI\Gamma^{N}$ | recipere] *add.* aliquam $PI\Gamma^{N}$ 10-11 naturam — hanc *om.* $\Lambda^{O*}$ 11 hanc] habeat $\Lambda^{O2}$ | assignatam $C^{*}PM$ 12 quasi — medio *post* principale (13) Σ | potest $V\Gamma^{BD}\Sigma$ | argutum est] fuit arg. $V\Gamma^{BD}$ 13 quod] quia IΣ | et *om.* DV 14 quasi *om.* $V\Gamma^{BD}\Lambda^{O}\Sigma$ 15 forma] *add.* sola $V\Gamma^{BD}$ 16 et *om.* $RV\Gamma^{BD}\Lambda^{O}\Sigma$ | solvitur $DP^{*}SI$ | prima = AΣ primum *rell. edd.* | cogit²] *praem.* bene D *add.* scilicet Σ | quod] quia $Z\Gamma^{B}\Lambda^{O}$ quasi V *om.* $DI^{2}$ 17 unde] unum $P^{*}Z$ *om.* $\Lambda^{O'}$ a quo $\Lambda^{O2}$ | unum] *om.* $I^{2}\Lambda^{O*}$ *add.* in se D *add.* ab eodem et $\Lambda^{O2}$ | inde *om.* $DC^{2}MZ\Lambda^{Y}$ | habet — intrinsecum] est certus gradus intrinsecus Σ 19 causa] *add.* activa P | libera agente] libere ag. RΣ *add.* illa causa (c. i. PI c. ista $\Lambda^{O}$) libera (-re P) agente (ag. *om.* $\Gamma^{D}$) $PI\Lambda^{O}\Sigma^{QU2}$ | semper] oportet quod $\Gamma^{BD}$ *om.* $C^{2}PI\Gamma^{N}\Lambda^{O}$ *add.* oportet quod V | principium *om.* $C^{*}$(*post* naturale, *p.* 151, 1)MZ

superveniens, est dispositio formalis, ad hoc faciens quod ipsa potentia promptius et perfectius possit esse in actu sibi conveniente; ... gratia et caritas sunt quaedam dispositiones ad perfectius et promptius [actum] eliciendum ».

T [1] Cf. supra n. 18. [2] Cf. supra lin. 13-15. [3] Cf. infra n. 73-74 (cf. p. 177 nota 2). [4] Cf. supra lin. 4-11.

naturale coagit quantum potest (exemplum de voluntate et potentia inferiore naturaliter agente quantum est de se); tale enim licet impediatur ab agendo quando liberum non agit, tamen – libero agente – ipsum necessario agit, quia per modum naturae, quantum est de se, coagit illi libero quantum potest; ergo si habitus determinatus in voluntate det intensionem determinatam actui, tunc voluntate operante ad substantiam actus, necessario habitus dabit illam intensionem sibi correspondentem, et ita quantumcumque ex modico conatu voluntas operaretur, semper esset actus eius aeque intensus, quia ipsa causante substantiam actus, habitus – quia agit per modum naturae – necessario causaret quod suum est.

30 Praeterea, si habitus det intensionem actui, hoc esset in aliquo gradu signato [1] (signetur ille gradus [2]); voluntas ergo cum habitu isto potest habere actum intensum in 'hoc' gradu [3]. Fiat alia voluntas, perfectior ista voluntate [4] secundum proportionem '*a* gradus' ad actum in infimo gradu (puta, si *a* est gradus quartus in actu [5], fiat alia voluntas excedens primam voluntatem in quattuor gradibus), ista ergo voluntas – sine habitu – posset habere actum aeque intensum sicut illa voluntas cum habitu. Ergo a potentia non est praecise substantia actus ita quod non intensio.

31 Praeterea, sola voluntas infinita – circumscripta omni ratione

---

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 naturaliter $\Gamma^{D}\Sigma$ | coagat V$\Gamma^{BD}$   4 necessario agit, quia *om.* $\Lambda^{O*}$ | necessario *om.* $\Sigma$ | agit] *post* quia $\Sigma$ *om.* D*S* | naturae] *add.* et V$\Gamma^{BD}$   5 de se] ex se $I^{2}\Lambda^{O}$ *add.* agit $I^{2}$ *add.* ideo $\Sigma$ | illi] tali D   7 substantiam] instantiam V *praem.* aliquam $\Gamma^{B}$ | habitus] *post* dabit PI$\Gamma^{N}$ *praem.* ille $\Sigma$   8 illam] *post* intensionem $\Sigma$ istam D$\Lambda^{O}$ illa (!) V   9 voluntas operaretur] op. (operetur D) vol. D$\Sigma$   11 agit] coagit $\Lambda^{O2}$ causat $\Sigma$ | necessario] semper $\Sigma$ | causabit R   12 actui] actus A | esset = AC est D$\Gamma^{D}$ erit *rell. edd.*   13 signato] finito (not. vel: signato $\Lambda^{O2}$) P$I^{2}$V$\Gamma^{BD*}\Lambda^{O}$ | signetur ille gradus] significetur i. g. V qui vocetur a $\Sigma$ *add.* et sit a $D^{2}$   14 isto] *ante* habitu (13) $\Lambda^{O}\Sigma$ illo S$\Lambda^{O}$ ita $\Lambda^{Y}$ *om.* D | habere] causare V$\Gamma^{BD}$ | hoc gradu] g. h. $\Sigma$ | Fiat] Sit $\Gamma^{D}$ *add.* autem D   15 ista] illa DPSRI$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ ipsa $\Lambda^{O}$ prima $\Sigma$ | a] *post* gradus (15-16) $\Sigma$ si D   16 actum in infimo gradu] infimum gradum actus $\Sigma$ | in infimo] uno $\Lambda^{O}$ excedentem alium secundum intensionem in aliquo $S^{2}$ *comp.* $\Gamma^{D}$ | a] *adnot.* id est prima voluntas $\Lambda^{O2}$ | est] sit CMZ *om.* $S^{*}\Gamma^{N*}\Lambda^{Y}$ | quartus] *ante* gradus V$\Gamma^{BD}\Sigma$ decimus (pon. quattuor! $\Lambda^{O2}$) P$\Lambda$   17 alia = A ista *post* voluntas $\Sigma^{Q}$   17-18 excedens — voluntas *om.* $\Gamma^{B}$   17 voluntatem *om.* $\Lambda^{O}\Sigma$ | quattuor] decem (pon. quattuor $\Lambda^{O2}$) DMS$\Gamma^{N*}\Lambda$   18 ista] *post* ergo CZ *post* voluntas $\Sigma$ | sine habitu] *post* habere $\Sigma$ s. actu $\Lambda^{O*}$ *add.* ut $\Gamma^{B2}$   18-21 sine habitu — voluntas *om.* $S^{2}\Lambda^{Y}$   19 illa] ista $\Gamma^{D}\Sigma$ | a potentia *post* actus (20) $S^{2}$V$\Gamma^{BD}\Lambda^{O}$   20 praecise] *ante* est $S^{2}$V$\Gamma^{BD}\Lambda^{O}$ *post* actus $\Sigma$   21 Praeterea] Item DR | omni] cum AD

T [1] scil. certo seu determinato, hoc. [2] puta, signetur littera *a*. [3] scil. determinato, hoc, seu in *a* gradu. [4] scil. prima, quae est cum habitu (cf. lin. 13). [5] id est: 'puta, si in actu voluntatis primae, *a* est gradus quartus a gradu primo (eiusdem actus)' etc.

habitus – potest in actum infinitum; ergo et voluntas, in quocumque gradu naturae, potest in actum determinati gradus. – Antecedens patet, quia voluntas unde infinita, non est receptiva alicuius habitus, quia non deficit sibi aliqua perfectio possibilis voluntati. Consequentia probatur, quia 'sicut summum ad summum, ita simpliciter ad simpliciter'[1] et quilibet gradus ad gradum sibi correspondentem.

### ⌊3. – TERTIA VIA⌋

32 ⌈Opinionis expositio⌉ – Tertio modo, attribuendo habitui aliquo modo rationem principii activi respectu actus, potest dici quod [8]
habitus est causa partialis activa, cum ipsa potentia (quae est etiam causa partialis), respectu actus perfecti procedentis a potentia et habitu, licet ipsa potentia posset esse totalis causa respectu actus imperfecti praecedentis generationem habitus. Et tunc de distinctione istarum duarum causarum partialium, et quomodo per se faciunt unam totalem causam, dicendum esset sicut dictum est supra distinctione 3 quaestione 'De causa notitiae genitae'[2].

33 ⌊Dubium⌋ – Sed tunc est dubitatio. Cum ista duo[3] non sint

---

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1 potest in] p. habere $\Lambda^{O}$  2 actu Σ | determinati gradus] alicuius gr. det. CZ det. alicuius gr. M  2-4 Antecedens — habitus *om.* $C^{*}$MZ  3 unde] ut $C^{2}$ *om.* $S^{2}\Lambda^{O}\Sigma$  3-4 alicuius habitus] h. a. D$C^{2}$PSRI$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$  4 aliqua] ista DCPM$S^{*}$R$I^{*}\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$  6 simpliciter ad *om.* $C^{*}$MZ | et] *add.* ita Σ | gradum] *praem.* quemlibet $\Gamma^{N}$  9 habitu (!) D  10-14 potest dici — imperfecti] perfecti $D^{*}$  11 est etiam] etiam est Σ etiam ipsa est V$\Gamma^{BD}$ est $\Gamma^{N}$  12 partialis *om.* $C^{*}$(*ante causa*)MZ$\Lambda^{Y}$  12-13 perfecti — actus *om.* $\Lambda^{Y}$  12-14 procedentis — imperfecti] *rep.* V *om.* $\Sigma^{U}$  12-13 a potentia et habitu] ex (et S) habitu P'S'I' a pot. et ex hab. $I^{2}$ ex hab. et pot. $P^{2}S^{2}$R a pot. ipsa et hab. $\Gamma^{N}$  13 potentia = A | posset] possit R$\Gamma^{N}$ potest V$\Gamma^{BD}$  14 habitus] *add.* imperfecti P  15 istarum] illarum DCMSRZ$\Gamma^{N}\Lambda$ | duarum *om.* V$\Gamma^{BD}\Lambda^{O}\Sigma$  15-16 per se faciunt unam] f. u. p. se V$\Gamma^{BD}\Lambda^{O}\Sigma$  16 totalem causam] c. t. DCPMSRIV$\Gamma^{BD}\Lambda$ actionem t. $\Gamma^{N}$ | esset] est V$\Gamma^{BD}$ esse $\Gamma^{N*}$ *praem.* quod $C^{*}$Z  17 quaestione] *praem.* in V$\Gamma^{BD}\Sigma$ *om.* DCMZ  18 dubium Σ | duo *om.* Σ | sint] sunt MIZ$\Gamma^{B*}\Lambda^{O}$

T [1] Cf. ARISTOT., *Topic.* V c. 21 (E c. 8, 137*b* 20-27). [2] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 495-498. 494 (III 293-295. 292-293). – Quia hanc tertiam viam Duns Scotus comparat cum propria opinione de duabus causis partialibus respectu notitiae genitae (quae faciunt unam causam integram respectu eiusdem notitiae), tenendum est hanc tertiam viam esse ab ipso Duns Scoto velut propriam opinionem propositam, nisi velit recedere a doctrina ad quam hic remittit, – quod excludendum est (cf. infra n. 193); immo, concedendo tantum tertiam et quartam viam ut probabiles (n. 53-54), cum de quarta via dixerit « Qui vult tenere quartam viam, potest respondere ad rationes » etc. (p. 181, 2), de tertia via sic ait: « Tenendo hanc viam, ad primum respondeo » (p. 171, 20). Insuper, in responsione ad quaestionem (n. 69-70) pertractatur tertia via, non quarta. Cf. p. 225 nota 1. [3] scil. habitus et potentia. – Huic dubitationi (n. 33) occasionem praebet sermo Duns Scoti de causis dictis 'ex aequo' et 'non ex

causae eiusdem ordinis, sicut duo trahentes navem, – quod eorum habet rationem causae prioris?

Videtur quod habitus, quia causae prioris est determinare secundam, et non e converso: habitus autem determinat potentiam ad agendum et inclinat eam, et non e converso; inclinare autem est superioris respectu inferioris, et non e converso. 34

Sed oppositum huius videtur: 35

Primo, quia potentia utitur habitu, non e converso, – quia quod utitur alio in agendo, est principalius eo, et illud quo utitur est quasi instrumentum vel causa secunda respectu eius [1].

Similiter, potentia est illimitatior in agendo quam habitus, quia ad plura se extendit; sed causa superior videtur esse illimitatior extensive; ergo etc. [2] 36

Praeterea, tertio, habitus est causa naturalis. Ergo si ipse sit causa principalis, movens potentiam, moveret eam per modum naturae, et per consequens potentia cum agat eo modo quo movetur, ageret per modum naturae: nam agens quod agit in quantum movetur – si movetur per modum naturae – agit etiam ulterius per modum naturae, et ita omnis actio potentiae habituatae esset na- 37

---

$ADCPMSRIVZ\Gamma^{BDN}\Lambda^{YO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

F 2 Aristot., *Physic.* V t. 26 (E c. 3, 227*a* 7-10): « Quoniam autem omnis mutatio in oppositis est, opposita autem 'contraria' et 'secundum contradictionem' sunt (contradictionis autem nihil medium), manifestum est quod in contrariis erit medium ».

T [1] Cf. Aristot., *Physic.* V t. 9 (E c. 1, 225*a* 34): « Omnis motus mutatio quaedam est ». [2] Cf. Godefridus de Font., *Quodl.* XIV q. 5 in corp. (PhB V 389-391. 415-416). [3] Cf. supra n. 199. [4] Cf. Godefridus de Font., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 140-141); q. 7 ad 1 (127-129); VII q. 7 ad arg. in opp. (III 360-362); IX q. 7 in corp. (IV 231-232); X q. 10 in corp. (343-344); XIV q. 5 in corp. (V 414-415). [5] scil. formae, in eadem specie (cf. p. 236, 18): ideo lin. 21 dicitur « ergo una [forma] » et p. 236, 19 « gradum vel formam praecedentem »; forma igitur praecedens vel sequens caritatis est gradus praecedens vel sequens eius, et e converso (iste modus loquendi de duabus formis in una forma secundum speciem, reperitur etiam apud Godefridum de Font., *Quodl.* XIV q. 5 in corp. [PhB V 414]). – Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 77. [6] scil. forma (cf. nota praecedens). [7] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 77.

201 ‖ Confirmatur secundo, quia simili modo videtur ponendum magis et minus in substantia (si ibi sit[1]) in eadem specie, et in accidente in eadem specie, praecipue in illo accidente secundum quod non est motus; sed propter defectum motus in substantia, ponitur ibi 'magis' omnino aliud individuum, non habens in se 'minus' quasi aliquid sui, sed aeque simplex vel simplicius quam ipsum minus; ergo similiter ponetur in caritate, secundum quam non est motus[2], – patet[a]. ‖

### [B. – Opinionis improbatio]

202 Contra istam positionem[3] arguitur sex viis[4], quarum una sumitur ex praesuppositione formae in augmento illius formae, – et secundum istam viam arguo primo[5] sic: [3]

---

nioni[6] addo duas rationes. Prima sit ista: eodem modo se habent maius et minus in eadem specie, quomodo se habent proportionaliter maius et minus in diversis speciebus; sed in diversis speciebus quanto una species est perfectior alia, tanto perfectius continet eam et modo simpliciore, ita quod species contenta ab ea non facit additionem ad ipsam; ergo cum simplicitas sit perfectio in omnibus formis, videtur etiam quod in eadem specie forma simplicior sit perfectior, non habens gradum vel formam praecedentem sibi additam[7].

[a] *Loco* Confirmatur (1) — patet (8) *textus interpolatus:* Item, consimili modo se habent maius et minus in formis accidentalibus, quomodo se habent in formis substantialibus, si in substantia esset magis et minus; sed secundum omnes ponentes maius et minus in forma substantiali, substantia perfectior etiam in eadem specie est simplicior alia, non faciens additionem cum minus perfecta, sed continens aliam modo simplici, – ut ponitur de anima Christi, quae non fuit compositior anima Petri sed simplicior, et tamen perfectior in essentia animae; ergo eodem modo de forma accidentali[8].

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}(\rho\tau\pi\gamma\beta\mu\upsilon)$

1-8 *et* 20-27: Confirmatur (1) — patet (8) = $R^2$IVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{G}\Sigma\gamma$ Item (20) — accidentali (27) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{YO}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ Item (20) — accidentali (27) *et* Confirmatur (1) — patet (8) A; ¶ *text.* Confirmatur (1) — patet (8) *sign.*: Pro isto sic in Scoto manu sua: Extra $A^1$ Extra de manu Ioannis $R^2$ Extra in *text. et mg.* $I^2$; *text.* Item (20) — accidentali (27) *sign. lin. protracta* $A^1$ 10-*p.* 237, 11 *et p.* 237, 22-31: Contra (10) — caritatis (*p.* 237, 11) = PIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma\rho\pi\gamma\beta\mu\upsilon$ Contra (*p.* 237, 22) — impossibile (*p.* 237, 31) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ *utrumque textum aliquo modo conflatum (cf. lect. var. sub* 10-*p.* 237, 11 *in append.* B) A

T [1] scil. magis et minus (cf. lin. 22). [2] De his cf. nota 8. [3] Cf. supra n. 198. [4] Cf. n. 202. 208. 212. 213. 214. 215. [5] Primo arguit ex actu meritorio n. 202-203, secundo ex virtutibus moralibus et intellectualibus n. 205, tertio ex specie intelligibili n. 206 et quarto ex voluntate n. 207. [6] Cf. supra n. 198 secundum textum p. 235, 17-19; reliquum est ratio, cf. p. 248 nota 13. [7] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 78. Ista est prima ratio; secunda statim sequitur (lin. 20-27). [8] Cf. Godefridus de Font., *Quodl.* IX q. 4 in corp. (PhB IV 216-219). – Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 79.

⌊Prima via⌋ – Licet non necesse sit Deum augere caritatem in illo instanti quo elicitur actus meritorius (quo 'meretur caritas augeri' [1]), tamen potest tunc augere caritatem, ita quod augmentum quod quis meretur, simul tempore detur quando actus elicitur.

Ex hoc arguo: iste actus qui meretur augmentum caritatis, est meritorius, – ergo praesupponit caritatem in illo instanti in quo elicitur. Quaero quam? Non illam novam partem quae acquiritur, quia illa sequitur actum sicut praemium meritum; ergo praesupponit illam quae praeexsistebat, et per consequens non corrumpitur illa in illo instanti, – quia si sic, tunc in illo instanti non posset actus meritorius elici, in quo tamen quis meretur augmentum caritatis [a]. 203

Si autem proterviat quis quod Deus numquam auget caritatem in illo instanti temporis in quo habetur actus meritorius respectu augmenti, sed semper posterius duratione, pro eo quod non auget propter actum in quantum est elicitus sed in quantum est in acceptatione divina, et hoc modo manet [2] post instans in quo [3] elicitur, et tunc post ipsum [4] confertur augmentum: 204

Licet ista responsio [5] sit omnino improbabilis si neget Deum posse tunc augere [6] (quod si potest, ponatur in esse et procedit argumentum [7]), tamen non evadit difficultatem in aliis. 205

Primo quidem [8], quia in virtutibus moralibus et intellectualibus

---

[11] [a] *Loco* Contra (*p.* 236, 10) — caritatis (*p.* 237, 11) *textus interpolatus:* Contra istam opinionem [9] arguitur sic: supposito quod possibile sit Deum posse augere caritatem in illo instanti in quo elicitur actus meritorius, – ponatur ergo in esse quod tunc augeat. Quaero tunc a qua caritate elicitur iste actus meritorius (quia necessario ab aliqua caritate elicitur, ut prius ostensum est [10]): non a caritate infusa de novo, quae augebat caritatem in illo instanti in quo fuit sub actu, quia est praemium talis actus et sequitur aliquo ordine actum illum meritorium; nec elicitur a caritate praecedente, quia secundum te [11] illa corrumpitur, nam in infusione posterioris caritatis corrumpitur prior; ergo in illo instanti in quo caritas augetur, est actus meritorius et tamen a nulla caritate, quod est impossibile [12].

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

12-*p.* 238, 8 *et* *p.* 238, 16-38: Si (12) — ab habitu (*p.* 238, 8) = PIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβμυ Dices (*p.* 238, 16) — augmentatio (*p.* 238, 38) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ *utrumque textum aliquo modo conflatum* (*cf. lect. var. sub* 12-*p.* 238, 8 *in append.* B) A

T [1] ut scil. ait Augustinus, supra n. 195. [2] scil. caritas. [3] scil. actus meritorius. [4] scil. instans. [5] scil. n. 204, ad argumentum n. 203. [6] Cf. supra n. 202. [7] scil. n. 203 (cf. lin. 22-31). [8] scil. non evadit difficultatem' (lin. 20); ubinam secundo non evadat difficultatem, cf. n. 206. [9] Cf. supra n. 198 secundum textum p. 235, 17-19 (cf. p. 236 nota 6). [10] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 27. [11] scil. secundum Godefridum (cf. nota 9). [12] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 80.

virtus augetur per actum elicitum, et non quando actus ille non est, quia quando non est, nihil causat; ergo quando actus ille inest, tunc est ratio augendi habitum. Ergo si tunc generetur novum individuum et corrumpatur quod praefuit, sequitur quod actus augmentativus habitus non elicietur ab habitu sed a sola potentia, quod videtur inconveniens, quia tunc – secundum dicta in praecedente quaestione [1] – actus augmentativus habitus esset imperfectior quam alius non-augmentativus habitus, elicitus ab habitu [a].

206 Et si etiam concedat conclusionem quod 'actus augmentativus [4] habitus acquisiti elicitur a sola potentia' (quamvis hoc videatur inconveniens) [2], tamen non evadet hanc difficultatem specialem, si ponatur species intelligibilis augeri per actum intelligendi. Non enim potest ille actus elici a sola potentia, circumscripta specie, quia – sicut patuit distinctione 3 huius primi – non sufficit intellectus sine specie ad eliciendum actum intelligendi [3]; ergo non potest aliqua

---

[a] *Loco* Si (*p.* 237, 12) — ab habitu (*p.* 238, 8) *textus interpolatus:* Dices quod Deus non auget caritatem in illo instanti in quo elicit actum meritorium, sed actus caritatis transit et stat in acceptatione divina tamquam quoddam remunerabile, et tunc Deus – acceptando actum meritorium – dat post augmentationem caritati praeexsistenti ut quoddam praemium actus, et non dat simul in eodem instanti praemium cum merito, sicut non dedit angelis bonis in primo instanti quo meruerunt beatitudinem, sed in quodam instanti naturae posteriore. – Contra: licet istud posset dici in proposito de virtutibus infusis, non tamen potest dici de augmentatione virtutum naturalium, moralium et intellectualium, et maxime moralium; nam virtus moralis augetur per actus morales, sicut generatur ex eis (II Ethicorum [4]); actus ergo qui augmentat et auget virtutem moralem, non auget nisi quando est. Quando ergo auget, quaero utrum est ab aliqua virtute, vel non. Si sic, a qua virtute? Non a praecedente, quia illa corrumpitur, – nec a gradu quem facit, quia ille posterior est sicut effectus sua causa; ergo quando auget virtutem, non est ab aliqua virtute: sed hoc est impossibile, quia tunc non esset virtuosus et tamen generaret virtutem, quod est contra Philosophum II Ethicorum et contra omnem intellectum, quia « ex similibus actibus similes habitus generantur » [5]. – Eodem [12] modo posset argui de actu intellectuali: dum est actus speculandi, augmentatur habitus intellectualis vel speculativus, quia quando non est, nihil facit; sed ille actus non est ab habitu praecedente, quia tunc non est talis habitus sed corrumpitur (quia in illo instanti in quo est genitus, augmentatur, non a gradu praecedente); nec a gradu sequente, quia ille sequitur; ergo non potest dici quod talis aliquo modo augeat, quia nullus est terminus ad quem fiat augmentatio [6].

T [1] Cf. supra n. 69-70. [2] Cf. supra n. 205. [3] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 486-498 (III 289-295). [4] Cf. nota sequens. [5] ARISTOT., *Eth. ad Nic.* II c. 1 (B c. 1, 1103b 21-22): « Ex similibus operationibus habitus fiunt ». [6] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 81-84.

intellectio augere speciem, quae eliciatur a sola potentia; illa ergo, augmentativa speciei, praesupponit speciem, et non illud individuum quod generatur, – ergo individuum praeexsistens, et per consequens praeexsistens non corrumpitur.

Quod si negetur intellectionem augere speciem intelligibilem, 207
ultima instantia – ad propositum – est ista:

Voluntas per actum suum potest remittere actum intelligendi, – quod probatur, quia potest totaliter corrumpere et amovere intellectum ab hoc actu; et tamen volitio illa remissiva intellectionis necessario praesupponit intellectionem: non aliquam novam quae sequatur ipsam volitionem, patet; ergo aliquam praecedentem volitionem, et per consequens intellectio praeexsistens non corrumpitur per eam [a].

[5] ⌊Secunda via⌋ – Secunda via est ex perfectione illius quod indu- 208
citur per augmentum.

Ubi arguitur primo[1] sic: in actibus augmentativis habitus, decimus potest esse imperfectior primo, et tamen per illum actum decimum augetur habitus ad aliquem gradum ad quem non potuit prius

---

[a] *Loco* Voluntas (7) — per eam (13) *textus interpolatus:* Item, voluntas potest remittere actum intelligendi, quia potest omnino per suum velle actum eius corrumpere, avertendo ipsum a consideratione omnis obiecti secundarii, ne ipsum determinate consideret. Sed omnem actum voluntatis naturaliter praecedit actus intellectus. In illo ergo instanti in quo voluntas remittit actum intellectus per actum suum imperativum, oportet intellectum esse in actu suo: non in actu intenso praecedente, quia ille actus non manet intensus quando voluntas sic eum remittit, per positum; nec in actu remisso, quia ille naturaliter sequitur actum voluntatis; ergo si actus remissus non sit aliquid realitatis actus intensi, sequitur quod in illo instanti in quo voluntas est in actu suo respectu alicuius obiecti, quod respectu illius obiecti non sit naturaliter prius intellectus in actu, et tunc voluntas vult incognitum, – quod est impossibile [2].

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

7-13 *et* 19-30: Voluntas (7) — per eam (13) = PIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβμυ Item (19) — impossibile (30) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ *utrumque textum* A; ¶ *text.* Item (19) — impossibile (30) *sign. lin. protracta* A[1] 14-*p.* 240, 9 *et p.* 240, 14-24: Secunda (14) — praeexsistens (*p.* 240, 9) = PIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβμυ Secundo (*p.* 240, 14-15) — falsum (*p.* 240, 24) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ *utrumque textum habet* A; ¶ *text.* Secundo (*p.* 240, 14-15) — falsum (*p.* 240, 24) *sign. lin. protracta* A[1]

T [1] Primo arguit ex habitu caritatis n. 208, secundo ex habitibus intellectualibus et moralibus n. 209 (ut supra n. 205) et tertio ex agentibus naturalibus p. 240, 25-31; 241, 15-26.
[2] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 86.

augeri per primum vel secundum actum; hoc non posset esse si totum praeexsistens corrumpatur, quia perfectio primi vel secundi actus in se erat maior quam perfectio decimi in se, et per consequens individuum in cuius generationem potuit primus actus, potuit esse perfectius illo individuo in quod potuit decimus actus; ergo quod perfectius sit illud quod sequitur decimum quam primum, non erit quia novum individuum generetur virtute decimi, sed quia praeexsistenti – generato per actus praecedentes – aliquid additur, et sic manebit praeexsistens [a].

209 Si dicatur quod praecedentes actus eliciti a caritate maneant in acceptatione divina (licet non in se, nec etiam in alio impresso ab eis), argumentum [1] non solvitur in acquisitione habituum intellectualium et moralium [b].

---

[a] *Loco* Secunda (*p.* 239, 14) — praeexsistens (*p.* 240, 9) *textus interpolatus:* Secundo arguo sic, supponendo quod actus secundus vel tertius possit intendere habitum, licet non sit perfectior nec intensior primo actu, – tunc arguo: si actus posterior intendit habitum et tamen non est necessario intensior nec perfectior quocumque actu praecedente, non ergo generat novum individuum caritatis perfectius, quod est contra te [2]. Probatio consequentiae, quia actus generans habitum non potest ipsum generare nisi secundum proportionem suae virtutis; si ergo iste actus, qui est imperfectior primo actu, generat individuum caritatis, et perfectius, hoc vel erit in virtute actuum praecedentium, et tunc manent et non corrumpuntur sicut ponit opinio [3], – vel virtute propria, et tunc effectus erit perfectior sua causa totali in virtute, quod est falsum [4].

[b] *Sequitur textus a Duns Scoto cancellatus:* Ratio [5] etiam non solvitur in agentibus naturalibus: pone enim quod alicui calido in novem gradibus adveniat aliquod calidum in gradu minore, illud potest aliquo modo intendere calidum illud novem graduum, et per consequens illud quod erit in termino actionis erit perfectius in caliditate quam sit ipsum agens adveniens et augmentans; hoc esset impossibile si esset 'individuum novum' generatum per actum illius calidi iam praesentis [6]. ‖ Probatio maioris [7], quia secundum Philosophum VIII Physicorum 'virtus extensa maior est in maiore magnitudine' [8], – ergo si a principio virtus in

ADCPMSRIVvZΓ$^{BbDdN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

25-*p.* 241, 26 Ratio — augmentatio = APR$^{2}$(*in folio apposito*)IVZΓ$^{BDN}$Λ$^{GO}$Σρπγβμυ; ¶ *text. sign.:* Vacat, sic in Scoto A$^{1}$ Vacat V$^{1}$Γ$^{B1N1}$; *adnot.* Quod hic ponitur sub 'Vacat', est valde bonum A$^{1}$ 31-*p.* 241, 14 Probatio — vincetur] *om.* PΛ$^{GO}$Σρπγβυ; ¶ *sign.:* Scotus hic extra A$^{1}$ Extra V$^{1}$Γ$^{B1D2}$ Vacat Γ$^{N2}$ *lin. protracta* A$^{1}$ *lin. anfractuosa* μ

T [1] scil. praecedens, n. 208. [2] scil. contra Godefridum (cf. nota sequens). [3] scil. Godefridi, cf. p. 237 nota 9. [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 87-88. [5] Cf. supra n. 208. [6] scil. novem graduum. Conclusio argumenti est: 'ergo gradus minor aliquid addit, et sic gradus praeexsistens non corrumpitur' (cf. n. 208). [7] scil. quod gradus minor intendat calidum novem graduum (lin. 26-28: « pone... graduum »). [8] ARISTOT., *Physic.* VIII t. 79 (Θ c. 10, 266*a* 24-266*b* 6), – cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 8 n. 10-14 (IV 156-159).

‖ Si nullum agens potest intendere formam, quam invenit in passo, 210 perfectiorem illa quam ipsum posset ex se causare in passo, tota se-

---

maiore magnitudine approximetur passo, magis aget; sed perinde est quoad actionem, si sit una continua magnitudo maior, vel multae simul – contiguatae – aequales illi uni: ergo calidum minus extensive, si a principio contiguetur cum maiore calido extensive, facit ad perfectiorem formam inducendam, – ergo si a principio magnum calidum per se agat, non inducet formam tantam quanta induceretur si aliud parvum esset sibi contiguatum; ergo relinquitur passum in potentia ad gradum inducibilem ab illo minore calido, si contiguetur, – ergo minus adveniens reducet ad illum actum. – Responsio: totum concedatur usque ad ultimam consequentiam [1]; sed illa negetur, quia minus adveniens non invenit passum in dispositione contraria quam posset vincere, sed ab ipsa vinci, – ideo simpliciter patietur, et si quod modicum contra agat, hoc erit remittendo intensius, sed finaliter vincetur [2]. ‖

Nec potest hoc [3] evadi per ordinem graduum, puta quod agens potest reducere ad gradum perfectiorem illud passum quod praefuit sub aliquo gradu, quam potuit in principio reducere, sicut agens potest animare passum quod prius fuit organizatum et tamen non-organizatum non potest producere ad perfectionem tantam prius (et hoc propter ordinem formarum in fieri vel graduum in forma, propter quem ordinem exsistens sub imperfectiore potest statim produci ad perfectius, – non sic, si non esset sub illo gradu): non valet – inquam – responsio haec [4], quia si calidum octo graduum intendat calidum novem graduum [5] et ista intensio [6] fiat per calorem agentis remissioris [7] et per generationem novi individui [8], ergo in illo instanti in quo generatur calidum decem graduum, genitum excedet in perfectione calorem gignentis, – quod est impossibile; ergo non fit sic augmentatio [a].

[a] *Adnotatio Duns Scoti:* ‖ Contra Godefridum [9] sunt duae rationes, una quod in alteratione nulla sit mutatio continuans (quia cuius ut subiecti?), alia quod mobile simul erit calidum multis caloribus, quia in motu pars remotior a movente

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1-*p.* 243, 5 Si — medio = AR$^2$(*in folio apposito*)IVZ$\Gamma^{BDN}$μ ⟦*ante* Secunda via (*p.* 239, 14) IZ$\Gamma^{BDN}$μ, *cf. etiam nota critica codicis* A⟧; ¶ *text. sign.*: Extra in libro Scoti manu sua supra ibi ♃o (*hoc signum invenitur ante* Secunda via, *p.* 239, 14) A$^1$ Extra I$^2$(*text. et mg.*)V$^1\Gamma^{B_1D_2N_1}$ *lin. anfractuosa* μ  27-*p.* 242, 22 Contra — agit = AR$^2$(*in folio apposito*)I(*om.* I$^2$ *cancellando prima et ultima verba*) V$\Gamma^{BDN}$μ$^\Phi$ ⟦*hunc textum sequuntur immediate* Argumentum quintum (*p.* 245, 11) — huius (*p.* 245, 23), Ad argumentum (*p.* 249, 2) — discretorum (*p.* 252, 2) *et omnes tres textus inveniuntur insimul in fine huius quaestionis* AIV$\Gamma^{BDN}$μ$^\Phi$ *quoad* R$^2$ *cf. p.* 242 *ad* 9 *in append.* B⟧; ¶ *text. sign.*: Scotus extra manu sua A$^1$ Extra I$^2$(*text. et mg.*)V$^1\Gamma^{B_1D_2N_1}$ Istud, credo, quod sit additio $\Gamma^{D_1}$

T [1] scil. «ergo... actum», lin. 9-10. [2] Cf. infra p. 242, 14-22. [3] scil. quod dictum est p. 240, 25-31 (textus p. 240, 31-241, 14 scriptus est posterius). [4] scil. «puta [dicendo] quod agens... sub illo gradu», lin. 15-21; de ista responsione cf. Godefridus de Font., *Quodl.* II q. 7 ad 1 (PhB II 127-129). [5] addendo videlicet unum gradum. [6] scil. novem graduum. [7] scil. unius gradus. [8] scil. novem graduum. [9] scil. contra hoc quod dicit, quod in introductione formae posterioris corrumpatur forma prior, – loco signato in nota 4 (PhB II 127).

cunda ratio deficit[1], quia tunc numquam actus intendit habitum nisi ad gradum quantum ipsum posset ex se inducere, et tunc non appareret quare non posset inducere illum si esset novum individuum, ita quod nihil remaneret praeexsistentis. Sed quia manifestum est quod actus decimus, aeque intensus cum primo, intendit habitum ultra gradum inductum per primum vel per secundum[2], ideo prima propositio[3] videtur neganda.

211 Sed tunc est dubium, an ita sit in calore, quod remissior adveniens intendat intensiorem inventum in passo (videtur quod non, – sicut hic sub, in secunda linea, ibi ℣llo[4]). Potest dici quod agens univocum non intendit intensiorem formam suam inventam in passo[5], sed magis e contra; agens autem aequivocum intendit, quia natum est agere in hoc et non pati ab hoc, et forma sua est nobilior

---

non est aeque intensa in forma cum propinqua[6]. Sed quod ponitur hic supra sub 'vacat'[7], non est certum quod ibi supponitur, scilicet quod 'remissius adveniens intendat intensius, etiam secundum quemcumque gradum'[8], immo e converso, et tunc[9] 'passum est contrarium, quatenus imperfectum et non potens vincere perfectius, sed vincitur, – ideo non agit, vel si quid reagit, magis remittet intensius, ut assimilet sibi': non videtur instantia[10], nisi de luminibus[11]; forte ibi minus virtuosum primo agente intendit eius effectum, et tamen non posset secundum se nisi in remissius forma quam invenit in passo. Quae causa ibi, si calidum non sic[12] agit? ‖

T [1] id est 'tota secunda via deficit', et quidem ita ut contra Godefridum iam non sit possibile arguere «ex perfectione illius quod inducitur per augmentum» (cf. p. 239, 14-15), et sic tota via deficiat; et ratio est, quia «tunc non appareret quare... praeexsistentis» (lin. 2-4). [2] Idem dicitur supra n. 208, de actu decimo non aeque intenso sicut est primus. [3] scil. quod «nullum agens... causare in passo», p. 241, 1-2. [4] Cf. lin. 14-19: «Sed quod ponitur... assimilet sibi»; prope hunc textum, ad quem remittitur, signum simile in codicibus non reperitur. Infra textum n. 210-211 posita est a Duns Scoto cedula exhibens textum illum de quo in nota 12 et in quo verbis «Contra Godefridum» (p. 241, 27) incipiebat linea prima, verba autem «Sed quod ponitur» aderant in linea secunda, scil. in medio eius vel versus finem. [5] id est: 'non intendit suam formam intensiorem, inventam in passo' (cf. lin. 8-9). [6] De istis duabus rationibus cf. infra p. 244, 10-23. [7] Posuit enim Duns Scotus sub 'vacat' totum textum p. 240, 25-241, 26, scil. primigenum et quem postea scripsit (cf. p. 241 nota 3), antequam hunc scribere incepisset (cf. notae 8-9). [8] Supponitur hoc in dicta maiore (cf. p. 240 nota 7) et in ultima consequentia p. 241, 9-10 (cf. p. 241 nota 1). [9] id est: 'immo e converso dicendo, videtur esse verum, et tunc (sicut dictum est supra p. 241, 11-14) remissius seu minus adveniens' etc. [10] id est: 'contra dicta lin. 14-19 non videtur esse instantia alia' etc. [11] Cf. GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* XIV q. 5 in corp. (PhB V 393). [12] scil. sicut lumen. Cf. n. 211. – Post textum p. 241, 27-242, 22 Duns Scotus statim scripsit textum p. 245, 11-23, et deinde textum n. 226-233. Omnia haec, quae scripta sunt prius quam textus n. 210-211, a codicibus ponuntur post textum n. 234; sed cum agatur de tribus partibus independentibus, disposuimus eas locis quibus spectant, sequentes sensum et intentionem Duns Scoti (sic ultima pars posita est in textu principali, quia est responsio ad argumentum n. 199, – et ante textum n. 234, quia talis ordo a Duns Scoto in respondendo ad argumenta ordinarie servatur).

quocumque gradu effectus aequivoci quem invenit, licet non possit statim ex se in tantum gradum effectus aequivoci. Itaque lumen intenditur in infinitum, si luminaria eiusdem speciei infinita apponantur circa medium, quorum quodlibet intendat lumen in illo medio. ‖

[6] ⌊Tertia via⌋ – Tertia via accipitur in naturalibus et in actione contrarii in contrarium: 212

Calidum enim agens in frigidum, antequam corrumpat totaliter frigidum, remittit ipsum. Si in ista remissione frigidi generatur individuum novum frigidi, quaero a quo generante? Si non fugiatur ad agens universale (quae fuga est hic irrationabilis), non potest assignari aliquod particulare generans huius individui, quia calidum remittens frigidum, non potest per se generare individuum frigidi; ergo nec illud remissum est individuum novum [a].

---

[13] [a] *Loco* Tertia (6) — novum (14) *textus interpolatus:* Tertio sic: calidum corrumpens frigidum, prius remittit frigidum; currunt enim duo motus simul, intensio et augmentatio in calore et remissio in frigiditate (motus scilicet intensionis caloris et remissionis frigiditatis); ergo secundum hanc opinionem [1] generatur novum individuum frigidi. Quaero tunc terminum 'a quo' istius motus ad frigiditatem: non potest dici quod frigiditas maior praecedens, quia illa frigiditas corrumpitur; nec sequens gradus frigiditatis remissior, quia tunc effectus esset excedens suam causam in entitate et perfectione, quod non est intelligibile, secundum Augustinum Super Genesim et 83 Quaestionum 2 [2]. – Item, omne quod movetur, dum movetur, partim est in termino 'a quo' et partim in termino 'ad quem' (VI Physicorum [3]). Si ergo calidum agat in frigidum, in toto motu frigidum habet aliquid de termino 'ad quem' (scilicet de calido); si ergo in toto motu non remittatur frigidum antequam corrumpatur, sequitur quod contrarium in summo, et non remissum, sit cum aliquo gradu sui contrarii, et cum non habeant istae formae latitudinem, sequitur quod contraria in summo possent esse simul vera. Remittitur ergo frigidum. Ergo secundum hanc opinionem [4] generatur aliud suppositum frigidi; sed illud non generatur ex frigido praecedente, quia illud corruptum est; ergo generatur ex calido, et ita calidum generaret frigidum, quod

ADCPMSRIVvZΓ$^{BbDdN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

6-14 *et* 15-*p*. 244, 23: Tertia (6) — novum (14) = PR$^{2}$(*in folio apposito*)IVZΓ$^{BDN}$Λ$^{GO}$Σρπγβμυ Tertio sic (15) — impossibile (*p*. 244, 23) DCMSRvΓ$^{bd}$Λ$^{Y}$ρ$^{\Phi}$τπ$^{\Phi}$β$^{\Phi}$μ$^{\Phi}$υ$^{\Phi}$ Tertia (6) — novum (14) *et* Item (23) — impossibile (*p*. 244, 23) A; ¶ *text*. Item (23) — impossibile (*p*. 244, 23) *sign. lin. protracta* A$^{1}$

T [1] scil. Godefridi, cf. p. 237 nota 9. [2] August., *De Gen. ad litt.* XII c. 16 n. 33 (PL 34, 467; CSEL XXVIII pars II 402, 7-8): «Omni enim modo praestantior est qui facit, ea re de qua aliquid facit»; *De diversis quaest.* 83 q. 2 (PL 40, 11): «Omne quod fit, ei a quo fit, par esse non potest». [3] Aristot., *Physic.* VI t. 7 (Z c. 1, 231*b* 28-232*a* 6); t. 87 (c. 10, 240*b* 20-30). [4] Cf. nota 1.

213 ⌊Quarta via⌋ – Quarta via accipitur ex hoc quod Philosophus concedit eodem modo motum in accidentibus, quo negat in substantiis [1], et per consequens magis et minus in accidentibus sicut requiruntur ad motum, sic non requiruntur in substantiis; si autem non esset augmentum in accidentibus nisi per corruptionem praeexsistentis et generationem novi – et tali modo potest inveniri magis et minus in substantiis – igitur non salvaretur magis motus hic quam ibi [2].

214 ⌊Quinta via⌋ – Quinto arguitur per hoc quod natura sub determinato gradu magis vel minus, erit species ad individua, et hoc species

---

est impossibile. – Item, quarto sic: si semper corrumpitur forma praecedens, sequitur quod non possit esse motus secundum gradus formae qualitatis, quia statim quando receditur a termino 'a quo', generatur alia forma; ergo tantum erit motus in qualitate secundum gradus mobilis. Sed hoc est falsum, quia tunc esset motus continuus, cuius tamen partes non copularentur ad aliquem terminum communem, quia mutatio copulans – quaero in quo est? Aut est in aliquo divisibili, aut in aliquo indivisibili: non in parte divisibili, quia nulla pars tota simul alteratur, sed pars ante partem, secundum istam opinionem [3]; ergo esset illa mutatio in indivisibili, et ita punctus fieret calidus. – Item, sequitur etiam quod omne calefactibile dum calefit, infinitis caloribus calefiat; quia si fiat motus praecise secundum gradus mobilis successive, cum infinitae partes sint in mobili (ut in calefactibili), saltem in potentia, et nulla pars mobilis in eodem gradu caloris calefieret cum alia, sed alio calore et in alio gradu, – sequitur quod totum fiet calidum infinitis gradibus caloris, quod est impossibile [4].

ADCPMSRIVvZΓ$^{BbDdN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

1-*p*. 245, 10 Quarta — naturae = APR²(*in folio apposito*)IVZΓ$^{BDN}$Λ$^{GO}$Σρπβμυ; ¶ *text. sign.* Extra R²

F 1-3 ARISTOT., *Metaph.* VIII t. 10 (H c. 3, 1043*b* 32-1044*a* 11): « Si sint aliqualiter numeri 'substantiae', sicut sunt... Et quemadmodum... a numero, ablato aliquo aut addito ex quibus numerus est, non adhuc idem numerus est sed alter, quamvis minimum auferatur aut addatur, sic nec definitio nec 'quod quid erat esse'... adhuc erit, ablato aliquo aut addito... Et quemadmodum nec numerus habet magis aut minus, – neque secundum speciem substantia; sed siquidem [habet magis et minus substantia] quae [est] cum materia » (cf. infra n. 235); *Physic.* V t. 19 (E c. 2, 226*b* 1-8): « Quae autem est in eadem specie mutatio in magis et minus, alteratio est; aut enim ex contrario aut in contrarium motus est... Magis autem et minus est, in quo plus aut minus contrarii insunt aut non »; t. 18 (226*a* 23-26): « Quoniam autem neque substantiae neque ad aliquid, neque ipsius facere et pati [est motus], relinquitur, secundum quale et quantum et ubi, motum esse solum; in unoquoque enim horum est contrarietas ».

T [1] Supple: 'in substantiis enim negat motum secundum magis et minus in forma substantiali, ergo in accidentibus concedit motum secundum magis et minus in forma accidentali'; pro textu n. 213 cf. infra p. 249, 21-250, 26 et supra p. 236, 20-27 et n. 201. – Forma substantialis (puta humanitas) non recipit magis et minus, cum sit indivisibilis (secundum Aristotelem, cf. ad lin. 1-3), cf. AVERROES, *Metaph.* VIII com. 10; GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* II q. 10 arg. in opp. (PhB II 140). [2] scil. in accidentibus quam in substantiis. [3] Cf. supra p. 235 nota 2. [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 89-93.

inferior contenta sub specie naturae, et ita nulla species – quae modo ponitur [1] – naturae intensibilis vel remissibilis [2] erit specialissima [3].

Consequentia prima [4] probatur, quia quidquid dicitur per se et in 'quid' de individuis, et est 'per se unum', est species eorum [5]; natura in determinato gradu – tali vel tali – dicitur in 'quid' de individuis et est 'per se unum', quia natura secundum hunc gradum est essentialiter eorum quae habent naturam in tali gradu, et gradus nihil addit accidens naturae; patet ergo quod natura in tali gradu est species, et patet quod est minus commune quam species naturae in se: igitur esset species inferior in ordine, specie naturae [a].

---

[a] *Adnotatio Duns Scoti:* ‖Argumentum quintum [6] oportet solvere in substantia, contra quam concludit. Tunc minor [7] est falsa, ratione illius partis in 'quid', quia 'quid' abstrahit ab omni condicione individuali, ita a magis sicut ab haecceitate (VIII Metaphysicae: 'ut numeri' [8]). 'Magis' est condicio individualis, non signata sicut 'haec', sed vaga, quia potest esse idem gradus licet non idem 'hoc'; sed non e converso: non enim potest esse hoc individuum nisi sit huius gradus. – Contra: ergo gradus praeintelligitur determinare naturam quam 'hoc' [9], et per se in illo priore; alioquin accidens et communis differentia [10]; ergo etc. Responsio: communis, sed non universalis, quia individualis. – Contra: saltem praedicabile per se, medium inter speciem specialissimam et individuum; similiter, quaedam species ponuntur distingui penes gradus formae, ut animalia penes gradus sensitivae et angeli penes gradus intellectivae. Responsio: species dicit 'quid', species sub gradu 'quid-quantum virtute'; 'quantum' non est differentia (distinctione 8 huius) [11].‖

ADCPMSRIVvZΓ$^{BbDdN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

11-23 Argumentum — huius = AR²(*in folio apposito*)I(*om.* I² *cancellando prima et ultima verba*)VΓ$^{BDN}$μ$^{\Phi}$ ‖[*quoad positionem cf. supra p.* 241 *ad* 27-*p.* 242, 22 *et p.* 242 *ad* 9 *in append.* B]‖; ¶ *notae criticae ut p.* 241 *ad* 27-*p.* 242, 22

T [1] scil. in logica, – cf. Petrus Hispanus, *Summulae logicales* tr. 2 n. 7 (p. 17): « Species est quae praedicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid... Definitur etiam sic species: species est de qua genus praedicatur in eo quod quid est ». [2] puta albedinis, in genere qualitatis. [3] Cum albedo sit species specialissima, si haberet sub se speciem inferiorem esset genus (cf. nota 11), quod est contra definitionem speciei specialissimae, – cf. Petrus Hispanus, *Summulae logicales* tr. 2 n. 8 (p. 17): « Species specialissima est quae cum sit species, non potest esse genus, ut homo et equus et similia; vel aliter: species specialissima est sub qua non est inferior species ». [4] scil.: si in adventu alterius gradus « totum quod praefuit corrumpitur, et aliud individuum perfectius illo generatur » (cf. n. 198), sequitur quod natura intensibilis vel remissibilis « sub determinato gradu... sub specie naturae » (p. 244, 8-245, 1). [5] Cf. speciei definitio prior, nota 1. [6] Cf. supra p. 244, 8-245, 10. [7] Cf. supra lin. 4-8 (« natura... accidens naturae »). [8] scil. 'formae sunt sicut numeri' (ut infra n. 235); textus cf. supra ad p. 244, 1-3. – Cf. n. 250-252. 253 et p. 249 nota 7. [9] id est: quam determinare 'hoc'. [10] Cf. Petrus Hispanus, *Summulae logicales* tr. 2 n. 11 (p. 18): « Communis differentia est quando alterum differt ab altero accidente separabili, ut Socrates sedens differt a se non sedente vel ab alio ». [11] Si 'quantum' (gradus videlicet secundum magis et minus) esset differentia specifica, albedo esset genus, contra quod arguitur distinctione 8, – cf. Duns Scotus, *Ordinatio* I d. 8 n. 108 (IV 202).

215 ⌊Sexta via⌋ – Sexto et ultimo arguitur, quia si ratio adducta pro positione[1] valeat, oportet ipsam concludere eodem modo de quanto molis sicut de quanto virtutis, et ita quando quantum molis augetur, nihil maneret idem; ergo in augmentatione proprie dicta molis, auctum non maneret secundum quantitatem praeexsistentem, quod videtur inconveniens[a]. [7]

216 Respondetur secundum istam positionem[2], concedendo conclusionem[3], – quod ita est novum individuum quanti molis, quando aliquid est maius, sicut 'aliquid intensius' est aliud individuum illius formae intensibilis.

217 Sed contra hoc[4] videntur sequi duo inconvenientia:

Primum, quia si rarefiant species vini in Eucharistia, erit quantitas molis maior quam prius, quia rarefactionem concomitatur maior quantitas; si ergo illa quantitas, quae fuit vini, non manet post rarefactionem, ergo nec manet ibi sanguis, quia non tenetur communiter ibi sanguis manere nisi quamdiu manent accidentia quae affecerunt vinum conversum.

218 Aliud inconveniens, quia tunc[5] videretur quod talis rarefactio non posset esse virtute agentis naturalis, vel quod agens naturale ageret non praesupposita aliqua materia vel substantia: patet enim quod ibi[6] non praesupponitur materia substantialis, quia ibi non est substantia alterabilis, nec etiam praesupponitur ibi quantitas eadem

---

[a] *Loco* Sexto (1) — inconveniens (6) *textus interpolatus:* Praeterea, ratio[7] non valet, quia tunc concluderet universaliter de omni augmento, et ita in augmento corporali terminus praecedens et gradus augmentans essent incompossibiles, quod est destruere augmentum[8].

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

1-6 *et* 23-26: Sexto (1) — inconveniens (6) = APR$^{2}$*(in folio apposito)*IVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβμυ Praeterea (23) — augmentum (26) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}$ρ$^{\Phi}$τπ$^{\Phi}$β$^{\Phi}$μ$^{\Phi}$υ$^{\Phi}$; ¶ *text.* Sexto (1) — inconveniens (6) *sign.* Extra R$^{2}$

F *7-10* GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 145; sequitur immediate post textum allegatum supra ad p. 234, *11-13*): « Similiter etiam se habet in quantitatibus maius et minus, et quantum ad hoc quod convenit secundum individuum et quantum ad modum transmutationis ».

T [1] Ratio cf. supra n. 199, positio n. 198. [2] scil. Godefridi, n. 198. [3] scil. « ergo... praeexsistentem », lin. 4-5; concedit eam quatenus tenet ita esse de quanto molis dicendum sicut de caritate dictum est n. 198. [4] scil. contra positionem de quanto molis n. 216. [5] « quia tunc », id est: 'quia si in quanto molis gradus praecedens in adventu alterius gradus corrumpitur et novum omnino individuum generatur, tunc' etc.; cf. n. 216. [6] scil. in tali rarefactione specierum vini in Eucharistia. [7] Cf. supra n. 199 iuxta textum p. 235, 19-21. [8] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 94.

numero manens (per te[1]), et tamen agens naturale potest – ut videtur – sic rarefacere vel condensare istas species; ergo agens naturale potest agere non praesupponendo aliquid in sua actione, et ita creare.

[8] Ad ista inconvenientia respondetur: 219

Ad primum[2], quod quamdiu manent accidentia similia illis quae affecerunt vinum, manet sanguis: licet autem non maneant eadem, manent tamen similia post rarefactionem.

Ad aliud[3] conceditur quod virtus naturalis potest agere, nullo manente communi sub terminis; non tamen creat, quia hic posterius – naturali ordine – sequitur prius: ita non est in creatione. 220

Contra istas responsiones arguitur[4]: 221

Quia cum quantitas ista nova numero differat a quantitate praeexsistente, et non alio modo differt quantitas aquae a quantitate vini nisi numero tantum (quia non specie, patet), sequitur quod propter talem permanentiam accidentium, eorumdem specie, non numero, non plus maneat sanguis sub ista quantitate nova quam maneret sub quantitate aquae si ibi[5] esset praecipue, cum ista quantitas nova non magis inclinetur ad afficiendum vinum – cuius quantitas fuit prior – quam ad afficiendum aquam.

Contra aliam responsionem[6] videtur esse inconveniens quod virtus naturalis activa non praesupponat in actione sua subiectum[7]. 222

Praeterea, quaero quomodo unum istorum[8] sequitur ad alterum? Aut sine actione agentis, – et hoc est manifestum inconveniens, quia tunc agens naturale frustra ageret, quia sine eo istud consequens ad illud esset[9]. Ergo non consequitur nisi per actionem naturalis agen- 223

---

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(τρπγβμυ)

4-*p.* 248, 7 *et p.* 248, 14-15: Ad ista (4) — pro inconvenienti (*p.* 248, 7) = APR²IVZ $\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβμυ Respondent (*p.* 248, 14-15) — in IV (*p.* 248, 15) DCMSR'$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}$τ Ad ista (4) — pro inconvenienti (*p.* 248, 7) *et* Respondent (*p.* 248, 14-15) — in IV (*p.* 248, 15) v; ¶ *text.* Ad ista (4) — pro inconvenienti (*p.* 248, 7) *sign. in text. et mg. litteris* a-b v¹ *et nota* Istud totum est in sequente, ideo hic potest dimitti usque [inconvenienti] (*p.* 248, 7) v²

F 4-10 Godefridus de Font., *Quodl.* XI q. 3 in corp. (PhB V 21. 20-21).

T [1] scil. per Godefridum (cf. p. 246 nota 5). – Instantias n. 217-218, quas Godefridus contra se posuerat, Duns Scotus hic verbis propriis et inverso ordine ad sensum retulit, – cf. Godefridus de Font., *Quodl.* XI q. 3 in corp. (PhB V 19). Etiam responsiones n. 219. 220 Duns Scotus inverso ordine ex Godefrido hausit. [2] Cf. supra n. 217. [3] Cf. supra n. 218. [4] Contra primam (n. 219) arguitur n. 221, contra secundam (n. 220) arguitur n. 222-224. [5] scil. in quantitate nova. [6] Cf. supra n. 220. [7] Respondet ad primam partem textus n. 220 (ad secundam respondebit n. 223-224). Ex hoc apparet textum n. 222 non esse repetitionem eorum quae n. 218 dicuntur; ibi enim agitur de instantia, hic vero de responsione definitiva (n. 221-224). [8] scil. posterius et prius (n. 220). [9] id est: 'quia sine agente naturali posterius esset consequens ad prius'.

tis. Sed tale agens non potest ponere effectum in esse sine causa materiali praesupposita: alias non prohiberetur – per talem consecutionem – creatio vel actio talis qualis repugnat agenti naturali.

224 Praeterea, secundum hoc [1] posset dici quod agens naturale effective inducit animam intellectivam, quia ipsa naturali ordine consequitur ad organizationem corporis: consequens habetur communiter pro inconvenienti [a].

### ⌊II. – AD QUAESTIONEM⌋

225 Ad quaestionem [2] ergo, propter rationes [3] improbantes istam opinionem [4] et praecipue duas vel tres primas [5], teneo conclusionem oppositam [6], videlicet quod realitas illa positiva quae erat in caritate minore, manet eadem realiter in caritate maiore. Qualiter autem hoc sit, patebit in solutionibus sequentium quaestionum [7] [b]. [9]

[a] *Loco* Ad ista (*p.* 247, 4) – pro inconvenienti (*p.* 248, 7) *textus interpolatus:* Respondent [8], – vide alibi [9], et argumenta quae sunt contra eam [10]; vide hoc in IV [11].

[b] *Loco* Ad (9) — quaestionum (13) *textus interpolatus:* Concedo ergo conclusionem istarum rationum [12], et quod ista realitas positiva quae est in caritate minore, manet eadem realiter in caritate maiore [c]. [16]

[c] *Sequitur textus interpolatus:* Nec corrumpitur, nisi quantum ad esse quod habuit prius, per se, et manet in alio ut pars in toto: exemplum de materia per se vel forma per se, quae non corrumpuntur ut sunt in toto, sed manent perfectius in toto quam quando habuerunt esse per se; hoc patet in quantitate molis quando augmentatur. – Ad rationem illius opinionis [13] dico quod termini motus

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$($\rho\tau\pi\gamma\beta\mu\upsilon$)

9-13 *et* 16-18: Ad quaestionem (9) — quaestionum (13) = APIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{GO}\Sigma\rho\pi\gamma\beta\mu\upsilon$ Concedo (16) — maiore (18) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ 19-*p*. 250, 26 Nec — eo = ADCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{YO}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$

T [1] scil. secundum dicta in secunda parte textus n. 220 (« non... prius »). [2] Cf. supra n. 195. [3] scil. principales, quae sunt sex: n. 202-203. 208. 212. 213. 214. 215. [4] scil. Godefridi, n. 198. [5] scil. n. 202-203. 208. 212; gradatim, iuxta ordinem progressivum rationum principalium, duas primas – utpote maioris ponderis – praeponit tertiae, de tribus vero ultimis minus curat. [6] scil. opinioni vel conclusioni Godefridi, n. 198. [7] Cf. infra n. 249; est solutio sequentis quaestionis. Duns Scotus in animo habuit duas saltem quaestiones adhuc solvere; sed post sequentem reliquit spatium album. Cf. infra p. 264, 6. [8] scil. ad duas instantias, n. 217-218; responsio est Godefridi. [9] scil. in IV, ut statim dicetur. [10] scil. responsionem (Godefridi): responsio cf. supra n. 219-220, argumenta contra eam cf. supra n. 221-224. [11] De Reportatione (cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 97) non curamus hic, quia codices intelligunt de libro quarto Ordinationis: itaque, quoad responsionem, cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 12 pars 3 a. 1 q. 1 n. [7]; quoad argumenta contra eam, cf. ib. n. [14-17]; duae autem instantiae, scil. n. 217-218, inveniuntur ib. n. [6], ordine tamen quo eas habet Godefridus (cf. p. 247 nota 1). [12] scil. quattuor (principalium): p. 237, 22-31; 240, 14-24; 243, 15-23; 244, 10-18. [13] Cf. supra n. 199 iuxta textum p. 235, 19-21; opinio (Godefridi) cf. supra n. 198 iuxta textum p. 235, 16-18.

⌈III. – Ad argumenta⌉

‖ Ad argumentum pro opinione Godefridi[1] respondeo: per se terminus 'a quo' est privatio gradus inducendi. 226

Sed quis est terminus positivus 'a quo', necessario requisitus[2]? Respondeo: gradus imperfectus. 227

---

per se, cuiusmodi sunt privatio et forma, sunt incompossibiles; sed forma remissa et ipsa augmentata non sunt per se huiusmodi termini motus, quia forma remissa non est privatio sed positio quaedam. Sunt ergo forma remissa et intensa, termini motus, non per se sed per accidens, in quantum scilicet forma remissa coniungitur cum per se termino qui est privatio; unde licet per se terminus 'a quo' motus, corrumpatur in adventu termini 'ad quem', ut privatio, non tamen oportet quod forma quae per accidens concomitatur talem terminum 'a quo', per se corrumpatur. Facit ergo fallaciam consequentis, quia forma remissa est terminus 'a quo' ut coniungitur privationi, in quantum est praecise ens per se, et hoc non manet; sed ut in alio, non est coniuncta privationi sed termino 'ad quem', et sic manet eadem numero quae prius, sed intensior et magis perfecta. – Ad primam confirmationem[3] dico quod est in oppositum, quia ordo specierum est secundum quiditates et essentias, et ideo una non continet essentiam nec quiditatem alterius; sed ordo secundum gradus eiusdem formae, est secundum partes materiales, quae possunt esse simul, et forma quanto est sub talibus pluribus gradibus formae tanto est intensior et perfectior. Opposito ergo modo est hic et ibi. – Ad aliam confirmationem[4] dico quod est ad oppositum, quia Philosophus eo modo quo concedit maius et minus in accidentibus, negat in substantiis[5]: sed non negat in substantiis maius et minus secundum partes molis (immo sic concedit ibi[6]), ergo isto modo negat maius et minus in accidentibus, scilicet secundum partes molis; negat autem in substantiis maius et minus secundum gradus formae[7], ergo isto modo concedit in accidentibus. Unde quia ponit formam substantialem in se indivisibilem[8], ideo nullum gradum formae ponit cum

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

2-*p*. 252, 2 Ad argumentum — discretorum = AR²(*in folio apposito*)I(*om.* I² *cancellando prima et ultima verba*)V$\Gamma^{BDN}\mu^{\Phi}$ ⟦*quoad positionem cf. p.* 241 *ad* 27-*p*. 242, 22⟧; ¶ *text. sign.*: Scotus extra manu sua A¹ Extra I²(*text. et mg.*)V¹$\Gamma^{B1D2N1}$ Istud, credo, quod sit additio $\Gamma^{D2}$

T [1] Cf. supra n. 199 (opinio n. 198). Cf. p. 242 nota 12. [2] scil. ad gradum ulteriorem inducendum. [3] Cf. supra p. 235, 22-236, 19. [4] Cf. supra p. 236, 20-27. [5] Istud falsum est, quia contradicit dictis supra n. 213 et est extra propositum: ut enim arguatur contra confirmationem, prius necesse est scire quomodo ista neget Philosophus in substantiis, ut inde deducatur quomodo concedat in accidentibus; textus Aristotelis ex Metaphysica allegatur supra ad p. 244, 1-3. Potius igitur ita dicendum esset: 'quia Philosophus eo modo concedit maius et minus in accidentibus, quo negat in substantiis, – et eo modo negat maius et minus in accidentibus, quo concedit in substantiis'. [6] scil. in substantiis, idque verbis «sed siquidem, quae cum materia», – cf. textus ex Metaphysica supra ad p. 244, 1-3; cf. etiam Aristot., *Physic*. III t. 68 (Γ c. 7, 207*b* 10-11): «Infinitae enim sunt decisiones [partitiones] magnitudinis». [7] idque verbis «neque secundum speciem substantia», ut supra ad p. 244, 1-3. [8] scil. in textu ex Metaphysica, allegato supra ad p. 244, 1-3. Cf. etiam Aristot., *Metaph*. V t. 19 (Δ c. 14, 1020*b* 7-8): «Sub-

228 Contra: ille[1] manet in termino 'ad quem'[2]. – Respondeo: non manet actu distincto, sicut fuit terminus 'a quo', sed manet in potentia in toto, sicut pars[3].

229 Contra: illud[4] sub omni ratione absoluta manet idem; respectus non est ratio termini 'a quo' vel 'ad quem'. Eadem videtur difficultas de aqua divisa et unita, quis terminus 'a quo' et 'ad quem': si enim tota est terminus 'a quo' divisionis, et 'haec pars separata et illa' est terminus 'ad quem', uterque terminus praefuit idem numero, secundum quodcumque absolutum; est hic alia vis, quia duae aquae divisae connumerantur, – ergo manente eadem unitate numerali utriusque, semper connumerantur; sed in toto manet eadem unitas numeralis utriusque, alioquin neutra maneret eadem numero, et ita non esset continuatio praeexsistentium, sed simpliciter corruptio et generatio tertii ex ipsis. Qui diceret partes in toto absoluto habere esse absolutum totius, respectu cuius proprium esse earum est materiale (V *Metaphysicae* cap. 'De causa': 'materia ut partes totius'), posset dicere quod gradus prior manet in toto secundum esse aliquod absolutum quod non praefuit; similiter de aqua unita alii aquae.

230 Sed semper quaeritur[5] quis est terminus 'a quo' incompossibilis[6] secundum aliquod absolutum? – Illud non assignatur, ideo breviter respondeo:

Per se terminus 'a quo' est incompossibilis termino 'ad quem', – ille est privatio; sed terminus positivus 'a quo' non est incompossibilis termino 'ad quem', nisi ut coniungitur 'per se termino a quo'[7] [a]: alio; opposito modo est in accidentibus, quia forma accidentalis est divisibilis[8] secundum gradus, – ideo quilibet gradus compatitur alium et perficitur eo[9].

---

[a] *Pro* Per (22) — a quo (24) *a Duns Scoto ponitur signum* (*in sensu verticali*): ⊂—⊃.

ADCPMSRIVvZΓ$^{BbDdN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

27 *signum* ⊂—⊃ = A$^1$ ⊂ *in text. et mg. ad verbum* respondeo (21) V$^1$Γ$^{D1}$; ¶ *sign.* Sic in Duns A$^1$

F 16 Aristot., *Metaph.* V t. 3 (Δ c. 2, 1013*b* 19-21): «Partes totius.... ut ex quo causae sunt».

stantia cuiuslibet, quod semel: ut ipsorum 'sex', non quae bis aut ter sunt, sed quae semel; sex enim [sunt sex] semel»; Godefridus de Font., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 140).

T [1] scil. gradus imperfectus. [2] Cf. supra n. 225 et p. 248, 16-18. [3] Cf. supra p. 248, 19-23. [4] scil. quod in toto manet ut pars in potentia. [5] id est (ex tribus punctis n. 229): Sed cum terminus positivus 'a quo', manens in toto sub omni ratione absoluta idem numero, secundum esse absolutum, sive illud quod praefuit in toto sive quod non praefuit sit compossibilis termino 'ad quem', nihil ad propositum (cf. n. 226. 199), quia semper quaeritur etc. [6] scil. termino 'ad quem'. [7] Cf. supra p. 248, 23-249, 16. – Cf. hic nota 5. [8] Forma enim est accidentalis, quia mutatur, – inde cf. Aristot., *Physic.* VI t. 32 (Z c. 4, 234*b* 10): «Quod mutatur autem, omne divisibile esse necesse est». [9] Pro textu p. 248, 16-250, 26 cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 98-101.

nisi dicendo incompossibilitatem, quod 'hoc non est hoc', – vel quod 'hoc et hoc non simul perficiunt idem' ut actus, in actu distincto. Sic quidem dupliciter[1] est prior gradus incompossibilis termino 'ad quem', quia numquam est ille, etiam quando est in illo; numquam est etiam actus distinctus illius cuius terminus 'ad quem' est actus distinctus.

231 Sed istorum duorum modorum «nisi dicendo» etc.[2], primus non sufficit ad terminos motus, quia albedo non est dulcedo; secundus non potest ponere oppositionem termini 'a quo' propter aliquid absolutum in ipso, quia esse actum distinctum nihil dicit super illum gradum absolutum – ut manet – nisi praecisionem, quod est 'esse in alio' (ut pars in toto), et ita sic ponere terminum est ponere formaliter sub negatione relationis: itaque tene illud c—ɔ[3].

232 Ad illud aliud, de aquis[4], respondeo: sicut pars in toto, est quidem et in actu terminante generationem (quia divisio non est generatio), non tamen est in actu distincto, qui est actus cum praecisione partialitatis; ita correspondet sibi unitas secundum rationem primam actus[5], et illa manet in divisione et in unione, – secundum autem rationem actus distincti[6] correspondet proprie unitas quae est principium numeri.

233 Ad formam. Prima consequentia[7] tenet, loquendo de unitate secundo modo[8], quia numerus est discretorum; quaecumque partes continui sunt unum numero, loquendo stricte de numero. – Ulterius: minor[9] est falsa de unitate numerali secundo modo[10], primo modo vera[11]. Nec tamen[12] sequitur idem habere duas unitates numerales, sed idem secundum esse absolutum habet unicam, perpetuam, dum manet; secundum autem esse praecisum, correspondet sibi unitas connumerata. Et sicut accidit sibi esse praecisum, ita accidit sibi suam unitatem esse connumerabilem: quando enim suum esse est praecisum, sua propria unitas est connumerabilis, – quando non, sed est in alio esse praeciso ut aliquid eius, tunc sua unitas propria non est connumerabilis, sed est aliquid unitatis connumerabilis, ita

---

T [1] scil. iuxta duos modos praedictos, lin. 1-3 («nisi dicendo... distincto»). [2] scil. «nisi dicendo... distincto», lin. 1-3. [3] scil. «Per... a quo», p. 250, 22-24; cf. p. 250, 27. [4] scil. divisa et unita, – cf. supra p. 250, 5-14. [5] scil. actus terminantis generationem (lin. 15). [6] qui scil. est «actus cum praecisione partialitatis» (lin. 16-17). [7] scil. «si enim... absolutum», cf. p. 250, 6-9; secunda cf. p. 250, 9-11. [8] scil. de unitate «quae est principium numeri» (lin. 19-20); cf. nota 6. [9] scil. «sed... ex ipsis», cf. p. 250, 11-14. [10] Cf. nota 8. [11] scil. de unitate (numerali) «secundum rationem primam actus» (lin. 17-18); cf. nota 5. [12] scil. ex hoc quod minor taliter sit vera.

quod breviter 'unitatem esse connumerabilem' proprie requirit ipsam esse praecisam, quia numerus est discretorum. ‖

234 Ad argumentum in oppositum [1] dico quod non sequitur 'manet forma eadem in individuo imperfecto et perfecto, ergo ipsa mutatur subiective', quia non manet ut subiectum transmutationis, sed manet sicut natura in individuis, supra quam quodlibet individuum aliquid addit. Et ratio defectus consequentiae [2] est, quia illud quod est subiectum unius individui naturae, est etiam subiectum individui alterius, et illud etiam est possibile et mutabile ab individuo in individuum; ipsa autem forma sicut unius individui non est subiectum ita nec alterius, et per consequens nec mutabile de uno in aliud [a].

## ⌈QUAESTIO 2

### UTRUM ILLUD POSITIVUM CARITATIS PRAEEXSISTENTIS QUOD MANET IN AUGMENTO, SIT TOTA ESSENTIA CARITATIS INTENSAE⌉

235 Secundo quaero [b] utrum illud positivum caritatis praeexsistentis quod manet in augmento, sit tota essentia caritatis intensae, ita quod si poneretur caritas intensa sine subiecto, nullam realitatem [Q. 5] [1]

[a] *Loco* Ad (3) — aliud (11) *textus interpolatus:* Ad rationem principalem [3] dico quod forma non est subiectum mutationis, sed se habet respectu diversorum graduum eius sicut species ad duo individua, quae de novo habent esse speciei: et non est subiectum eis, quia cum multiplicantur individua de novo, species modo esse incipit in uno individuo, modo in alio; unde non est motus formae secundum istos gradus, quia non sunt accidentia superaddita naturae formae, sed sunt modi intrinseci, dicentes certum gradum quantitatis virtualis illius formae [4]. [17]

[b] *Loco* Secundo quaero *textus interpolatus:* Supposito quod caritas prior non corrumpatur quando augmentatur caritas, est quaestio, propter aliam opinionem de augmento caritatis [5].

ADCPMSRIVvZ$\Gamma^{BbDdN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

3-11 *et* 18-24: Ad argumentum (3) — aliud (11) = PIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{G}\Sigma$ρπγβμυ Ad rationem (18) — formae (24, *add.* Ad argumentum, 3 — aliud, 11 $R^{2}$) DCMSRv$\Gamma^{bd}\Lambda^{Y}\rho^{\Phi}\tau\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu^{\Phi}\upsilon^{\Phi}$ Ad rationem (18) — formae (24) *et* Ad argumentum (3) — aliud (11) A$\Lambda^{O}$; ¶ *text.* Ad argumentum (3) — aliud (11) *sign.* Hic Scotus $A^{1}$ 15 *adnot.:* Quaestio 5 $A^{1}$ *et multi* Qu. 3 $M^{1}$ Qu. 4 $\Gamma^{D2}$ Qu. 6 $V^{1}$ Ista quaestio habetur deminute $\Sigma^{Q2}$ Similiter ista quaestio habet aliquando aliqua pauca verba ultra vel aliter quam in Ordinatione $A^{1}$; *lectiones variantes huius quaestionis* (15-*p*. 264, 5) *vide in append.* B 15 *et* 25-27: Secundo quaero (15) = P$I^{2}$V$\Gamma^{BD}\Lambda^{GO}$ρπβ Circa tertium Σ Supposito (25) — caritatis (27) I′ *rell.* τγμυ

T [1] Cf. supra n. 196. [2] scil. «manet... subiective», lin. 3-5. [3] Cf. supra p. 234, 14-16. [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 102. [5] Cf. ib. n. 103.

positivam haberet in se essentialiter, aliam ab illa quae praefuit in caritate remissa [1].

Et quod hoc modo realitas caritatis praeexsistentis sit tota essentia et realitas caritatis auctae [2], probo:

VIII *Metaphysicae*: 'formae sunt sicut numeri', – quoad hoc quod 'sicut quilibet numerus additus variat numerum, ita quilibet gradus in forma additus variat speciem'; ergo in essentia huiusmodi formae non potest addi aliquid manente eadem specie. Supponitur autem quod intensa est eiusdem speciei cum remissa, ergo non additur ibi aliquis gradus ultra realitatem illius formae.

Praeterea, X *Metaphysicae* cap. paenultimo, dicit Philosophus quod 'differentiae formales mutant speciem' [3]: differentia graduum in essentia formae si esset, esset differentia formalis. 236

Praeterea, Porphyrius dicit quod differentia formalis non recipit magis nec minus: « Esse » – inquit – « uniuscuiusque unum et idem est, neque intensionem recipiens neque remissionem ». 237

Praeterea, auctor *Sex principiorum*: « Forma est simplici et invariabili essentia consistens ». 238

Praeterea, si aliqua realitas advenit praeexsistenti [a], ergo caritas aucta non erit in specie, quia includet aliquid accidentale naturae specificae; vel si ipsa [4] sit per se in specie [b], nihil includit nisi aliquid 239

---

[a] *Loco* advenit praeexsistenti *textus interpolatus*: est in caritate de novo adveniente, alia quam in praeexsistente [5].

[b] *Sequitur textus interpolatus*: habet quidquid requiritur ad naturam speciei, et per consequens [6].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

19 *et* 22-23: advenit praeexsistenti (19) = PV$\Gamma\Lambda^{GO}\Sigma$ *edd.* est (22) — praeexsistente (23) *rell.* 24-25 habet — consequens = DCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$

F *5-7* Aristot., *Metaph.* VIII t. 10 (H c. 3, 1043*b* 32-1044*a* 11); textus cf. supra ad p. 244, *1-3*. *11-12* Aristot., *Metaph.* X t. 25 (I c. 9, 1058*b* 1-2): « Quaecumque quidem in ratione sunt contrarietates, specie faciunt differentiam »; versio arabico-latina: « Omnia igitur contraria quae sunt in definitione, faciunt diversitatem secundum formam ». *14-16* Porphyrius, *Liber praedicabilium* c. 4 (ed. Bekker c. 3, 3*a* 47-48): « Esse autem uniuscuiusque unum et idem est, nec intensionem nec remissionem suscipiens est ». *17 Liber de sex principiis* c. 1 n. 1 (ed. Heysse-Van den Eynde, 8); textus cf. supra ad p. 234, *4*.

T [1] Cf. Duns Scotus, *Lectura* I d. 17 pars 2 q. 2; *Rep.* I A d. 17 pars 2 q. 2. [2] id est: 'Et quod realitas caritatis praeexsistentis sit tota essentia et realitas caritatis auctae, ita quod... remissa', ut p. 252, 16-253, 2. [3] Cf. Averroes, *Metaph.* X com. 25: « id est: ergo omnia contraria quae sunt in definitionibus, scilicet quae accipiuntur in eis pro differentiis, faciunt diversitatem secundum speciem, scilicet faciunt species contrarias ». [4] scil. caritas aucta. [5] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 107. [6] Cf. ibidem.

pertinens ad naturam speciei, – et ita [a] caritas minor, quae non includit illum gradum, non erit in specie.

240 Contra: [2]

Tunc[1] [b] caritas cuiuslibet beati esset aequalis in natura caritatis caritati Christi; et cum secundum Augustinum VI *De Trinitate* cap. 7 in rebus « incorporeis idem sit maius esse quod melius esse », caritas cuiuslibet beati esset aeque bona secundum se caritati Christi, et ita quilibet foret aeque beatus [c].

### ⌊I. – OPINIO ALIORUM⌋

241 ⌈Opinionis expositio⌉ – Opinio innitens argumentis factis ad primam partem[2], videtur dicere quod praescindendo formam a sub-

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* cum ultra caritatem minorem habeat unum, per se pertinentem et praecise ad naturam speciei, sequitur quod[3].

[b] *Loco* Tunc *textus interpolatus:* Si caritas maior non plus realitatis haberet quam caritas minor, tunc[4].

[c] *Sequitur textus interpolatus:* cum Christo, quia praemium essentiale correspondet quantitati caritatis, quod est impossibile[5].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

4 *et* 14-15: Tunc (4) = PV$\Gamma^{BD}\Lambda^{G}\Sigma$τ Si (14) — tunc (15) *rell.* ρπγβμυ; ¶ *text.* Si (14) — minor (15) *sign.*: ∴—∴ μ 12-13 cum — quod = ADCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ 16-17 cum Christo — impossibile = ADCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{YO}$ *edd.*; ¶ *text.* quia (16) — impossibile (17) *sign.* ∴—∴ μ

F 3-4 AUGUST., ut supra ad p. 233, 8. 10-p. 255, 6 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* II q. 10 per totum (PhB II 139-146); praesertim autem ibidem (p. 140): « Nam secundum Philosophum, octavo Metaphysicae, species et essentiae rerum numeris comparantur; ratio autem cuiuslibet numeri consistit in unitate formali, a qua si fiat deminutio vel additio, variatur essentia et species. Ergo similiter ratio et essentia speciei uniuscuiusque habitus consistit in indivisibili, ita quod ipsa manente eadem secundum essentiam, non poterit deminui vel augeri »; ibidem (p. 145): « Secundum ergo tales gradus, formae sunt sicut numeri, ut sicut qualibet unitate addita vel remota tollitur species numerorum, sic quolibet tali gradu addito vel remoto non remanet forma in illa specie »; ibidem (p. 141): « Cum forma specifica secundum se non possit habere magis et minus, albedo separata non esset forma nisi secundum se, et non diversimode participata a subiecto »; ibidem (p. 144): « Caritas ergo, nec alia qualitas, non augetur per additionem essentiae vel partis essentiae ad aliam partem »; ibidem (p. 139-140): « Sed secundum Augustinum..., 'caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici' »; ibidem (p. 141-142): « Si ergo recipiat forma... magis et minus, ... oportet quod hoc sit secundum aliquod accidens eius, secundum gradus virtuales eius... Hoc autem est recipere magis et minus non secundum se, sed secundum esse in subiecto... Forma, prout suscipitur in subiecto magis et minus disposito, dat ei magis et

T [1] id est: 'Si realitas caritatis praeexsistentis sit... remissa (ut p. 253 nota 2), tunc' etc. [2] Cf. supra n. 235-239; opinio est Godefridi (cf. ad lin. 10-p. 255, 6), quae quoad dicta lin. 10-p. 255, 2 innititur argumento n. 235, quod per se sufficit, ut patet ex responsionibus infra n. 250-254 (reliqua argumenta, n. 236-239, Duns Scotus ipse addidit, sicut multoties in opinionibus adducendis solet). [3] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 107. [4] Cf. ib. n. 108. [5] Cf. ibidem.

iecto [1], non est magis et minus in forma secundum se per realitatem additam; et quia secundum auctoritates [2] oportet ibi [3] salvare aliquo modo magis et minus, oportet ibi ponere [4] secundum inesse accidentis ipsi subiecto (quod quidem inesse est ipsi [5] esse), et ita maioritas quantum ad inesse attribuitur vel maiori dispositioni subiecti vel maiori amotioni oppositi indisponentis.

[3] ⌊Opinionis improbatio⌋ – Contra istam positionem [6] arguo primo sic: contraria in summo sunt incompossibilia in eodem, in gradibus remissis non [a]. Hoc autem non est nisi quia aliquid est in contrario intenso, quod non est in remisso: si enim tota realitas est in intenso quae est in remisso, non est repugnantia remissi ad intensum. – Sed ista incompossibilitas [7] non est habitudo ad subiectum, 242

[a] *Loco* in gradibus remissis non *textus interpolatus:* scilicet calidum et frigidum in summo, non autem sub gradibus remissis (patet, quia dum remittitur calidum et motus calidi vel caloris, intenditur motus frigiditatis, et e converso) [8].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

8-9 *et* 13-15: in gradibus remissis non (8-9) = PI$^{2}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβμυ scilicet (13) — e converso (15) ADCMSRI'VZ$\Gamma\Lambda^{Y}$τ; ¶ *text.* scilicet (13) — e converso (15) *sign. litteris* a-b V$^{1}$(*text. et mg.*)$\Gamma^{BID2}$

minus esse, sive magis vel minus perficit vel reducit illud ad actum secundum illam formam, – ut quanto magis subiectum disponitur ad susceptionem formae albi, tanto plus participat de albedine, quia illa eadem albedo eiusdem gradus essentialis, quae subiecto indisposito daret esse remissum, subiecto disposito et recedente a contrario dat esse intensum»; ibidem (p. 146): «... tunc verum est quod minuitur vel augetur forma etiam secundum essentiam quodammodo... Unde plus est de essentia caritatis in habente perfectiorem caritatem»; ibidem (p. 146): «Quamvis ergo esse et inesse accidentis vel caritatis sit idem secundum rem cum essentia, et sic non possit habere magis et minus secundum esse vel inesse [nisi secundum essentiam augeatur et deminuatur], nec possit magis inesse vel radicari in subiecto nisi etiam secundum essentiam augeatur, tamen non dicitur augeri secundum essentiam, quia hoc quod essentia habet aliquo modo magis et minus, hoc non contingit ei ex ratione essentiae, sed ex inesse in subiecto, ex maiore dispositione subiecti et perfectiore virtute agentis, et cetera [puta ex maiore participatione, ex magis inesse vel ex radicari in subiecto]» (cf. tertia via infra n. 247).

T [1] scil. si poneretur sine subiecto (p. 252, 17), secundum quod argumenta ipsa requirebant. [2] scil. sanctorum (sicut in Reportatione et habetur in append. B in apparatu lect. var.), i. e. Augustini («caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici», cf. supra n. 195). Duns Scotus exponit intentionem Godefridi, qui auctoritatem Augustini expresse adducit. [3] scil. in forma secundum se seu in essentia formae (cf. Godefridus, ad p. 254, 10-255, 6: «hoc quod essentia habet aliquo modo magis et minus»). [4] scil. magis et minus. [5] scil. subiecto (cf. n. 244). [6] Positio seu opinio n. 241 duas partes continet: priorem p. 254, 10-255, 2, alteram hic lin. 2-6; haec altera dividitur in duas vias, scil. de maiore dispositione subiecti et de maiore amotione contrarii. Hic (n. 242-244) arguitur contra dicta «Opinio... ipsi esse» (p. 254, 10-255, 4); contra duas vias arguetur infra n. 245-246. – Prior pars opinionis ponit in forma non esse magis et minus secundum essentiam, praescindendo a subiecto; altera ponit in forma esse magis et minus secundum essentiam, in subiecto. [7] scil. contrariorum in summo (puta summe calidi et summe frigidi). – Loco «incompossibilitas» codices, sequentes tantum Ordinationem, erronee tradunt «realitas». [8] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 110.

nec ex habitudine aliqua ad subiectum: prior enim est incompossibilitas formarum in se quam sit formarum in tertio ut in subiecto recipiente (quia enim sunt in se incompossibiles, ideo non possunt recipi in eodem, – non e converso). Ergo illud quod est ratio incompossibilitatis in intensis, est aliquid positivum in eis secundum se, non tantum in ordine ad subiectum.

243 Praeterea, idem non potest bis produci, et per consequens non potest aliqua realitas per aliquam mutationem acquiri; ergo illa realitas quae acquiritur per motum vel mutationem intensionis, non est eadem positive cum illa quae praefuit, quia tunc [1] illud quod praeexsistit realiter acquireretur [a].

244 Praeterea, si forma est indivisibilis, dat subiecto esse indivisibile [4]
et indivisibiliter: non enim subiectum est tale secundum formam nisi quia forma est talis; ergo si forma est talis secundum se, non est aliqua maioritas perfectionis, nec subiectum secundum eam dicetur magis tale secundum eam [b].

245 Praeterea, contra istos modos, quibus ponitur magis et minus in forma [2]. Primo contra illum modum de dispositione [3] ad magis et minus:

[a] *Loco* et (7) — acquireretur (11) *textus interpolatus:* hoc [4] suppono; item, suppono quod impossibile est esse motum vel mutationem realem sine termino reali. Ex hoc [5] arguo sic: in augmentatione caritatis caritas minor est terminus 'a quo' et caritas maior est terminus 'ad quem', et ista est productio realis; ergo necessario est ad aliquem terminum realem, secundum secundam suppositionem [6]. Non ad realitatem quae praecessit omnino, quia idem non potest bis produci; realitas praecedens fuit terminus alterius productionis. Ergo ad aliam realitatem [7].

[b] *Loco* ergo (14) — eam (16) *textus interpolatus:* quia enim forma est talis, ideo habens eam dicitur tale secundum eam. Ergo si forma sit indivisibilis secundum se, impossibile est quod subiectum posset esse maius et minus secundum eam: contradictio enim est quod 'forma in se' sit indivisibilis et tamen quod subiectum sit divisibile secundum eam [8].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

7-11 *et* 19-25: et (7) — acquireretur (11) = P$\Lambda^{G}$Σρπβ hoc (19) — realitatem (25) ADCMSRIZ $\Lambda^{Y}$τγ et (7) — acquireretur (11) *et* hoc (19) — realitatem (25) V$\Gamma\Lambda^{O}$μυ ⟦et (7) — acquireretur (11) *post* produci (24) V$\Gamma^{BD}$⟧; ¶ *text.* hoc (19) — realitatem (25) *sign.*: Additio υ *lin. anfractuosa* μ 14-16 *et* 26-30: ergo (14) — eam (16) = PV$\Gamma^{BD}\Lambda^{GO}$Σρτπβμυ quia (26) — eam (30) *rell.* γ 17-*p.* 257, 3 *et p.* 257, 8-13: Praeterea (17) — minus (*p.* 257, 3) = PV$\Gamma^{BD}\Lambda^{GO}$Σρπγβ Item (*p.* 257, 8) — minus (*p.* 257, 13) *rell.* τ Praeterea (17) — minus (*p.* 257, 3) *et* Item (*p.* 257, 8) — minus (*p.* 257, 13) μυ; ¶ *text.* Item (*p.* 257, 8) — minus (*p.* 257, 13) *sign.*: Additio υ *lin. anfractuosa* μ

T [1] id est: 'quia si esset eadem positive cum illa quae praefuit, tunc' etc. [2] De modis seu viis cf. supra n. 241 et p. 255 nota 6. [3] scil. subiecti. [4] scil. « idem non potest bis produci » (lin. 7). [5] scil. ex duobus quae supponit. [6] scil. « impossibile... reali », lin. 20. [7] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 111. [8] Cf. ib. n. 114.

Si enim est eadem dispositio – id est secundum rationem unius – ad magis et minus, et illa dispositio est forma, sequitur quod in aliqua forma est magis et minus [a]. Si igitur in aliqua forma est dispositio non secundum rationem unius dispositionis [1], ad magis et minus, sicut a l i q u i volunt [2] dicere quod [b] in aere humiditas est dispositio ad minorem caliditatem et siccitas in igne est dispositio ad
[5] maiorem caliditatem [c], – contra hoc arguo: una species, secundum

---

[a] *Loco* Praeterea (*p.* 256, 17) — minus (*p.* 257, 3) *textus interpolatus:* Item, contra modum eorum ponendi maius et minus in forma [3], et primo contra illum modum de dispositione subiecti, propter quam dicetur forma suscipere maius et minus: illa dispositio aut est aliqua forma, aut non. Si sit forma, et secundum illam dicitur subiectum maius et minus dispositum, sequitur propositum, quod in aliqua forma est maius et minus [4].

[b] *Loco* Si (3) — quod (5) *textus interpolatus:* Si illa dispositio non est forma secundum quam subiectum dicitur magis tale, sed alia forma, ergo subiectum dicetur magis tale secundum illam formam propter aliquam dispositionem praecedentem, — et tunc quaerendum est de illa dispositione aut est aliqua forma, aut non, et sic vel erit processus in infinitum in dispositionibus vel oportet dare maius et minus in forma aliqua secundum se [5]. Item, prius oportet habere subiectum dispositum, antequam moveatur ad terminum motus, quia nihil movetur ad aliquid nisi disponatur ad susceptionem eius; cum ergo in omni motu, in termino eius, aliquid acquiratur quod non praefuit in principio motus, sequitur quod aliquid aliud acquiritur in termino motus, quam illa sola ratio [6] dispositionis. – Dicit [7] quod maius et minus est in diversis subiectis propter diversas dispositiones, non eiusdem rationis sed contrariae, sicut ignis dicitur magis calidus quam aer, quia [8].

[c] *Sequitur textus interpolatus:* et ideo non est ista maioritas in aliqua una dispositione [9].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

3-5 *et* 14-25: Si (3) — quod (5) = P$\Lambda^{GO}\Sigma$ρπγβ Si illa (14) — quia (25) ADCMSRIZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{Y}$τ Si (3) — quod (5) *et* Si illa (14) — quia (25) μυ Si illa (14) — dispositiones (24) *et* Si (3) — quod (5) V$\Gamma^{D}$; ¶ *text.* Si illa (14) — dispositionis (23) *sign. lin. protracta* $A^1$ Si illa (14) — dispositiones (24) *sign.*: Extra $\Gamma^{D2}$ *litteris* a-b *in text. et mg.* $V^1$ Si illa (14) — quia (25) *sign.*: Additio υ *lin. anfractuosa* μ 26-27 et ideo — dispositione = ADCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$τγμυ; ¶ *text. sign.*: Additio υ *lin. protracta* $A^1$ *lin. anfractuosa* μ

F *5-7* GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 142-143).

T [1] Cf. GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 142). – Loco « dispositionis » codices habent « rationis »; est error, ut patet ex responsione lin. 7-p. 258, 2 (« una… rationem unius dispositionis »). [2] id est, Godefridus (immediate post locum signatum in nota 1). In Reportatione ponitur « Dices », cuius mutatio in « Dicit » habetur hic infra lin. 23. [3] Cf. p. 256 nota 2. [4] Cf. GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 142); DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 116. [5] Cf. ibidem (uterque). [6] Loco « illa sola ratio » (quod habet Reportatio), codices Ordinationis, solam Reportationem sequentes, habent « illud solum, ratione »; sed est lectio erronea. [7] scil. Godefridus; cf. nota 2. [8] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 117-118. [9] Cf. ib. n. 118.

se totam, videtur habere in susceptivo rationem unius dispositionis [a]. Praeterea [b], tunc [1] non erit motus unus ab intenso ad remissum, nec e converso: nihil enim movebitur ad remissum nisi quod habet dispositionem convenientem receptioni eius [2]; intensum autem non habet illam dispositionem convenientem remisso; ergo oportet, ad hoc ut possit moveri ad remissum, quod moveatur ad dispositionem convenientem gradui remisso, – et ita oportet ad hoc ut ex intenso fiat remissum, quod prius fiat motus a dispositione quae est ad intensum, ad dispositionem quae est ad remissum, et ita [c] numquam unus motus immediate erit ab intenso ad remissum, quia non habent idem susceptivum immediatum, conveniens utrique dispositioni [3].

246 Alia via, quae dicit de dispositione sive de amotione contrarii indisponentis [4], videtur improbari per hoc quod in angelis in statu

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* unde omnia individua unius dispositionis accidentis habent dispositionem unius rationis, sicut et formam eiusdem rationis; ergo circumscripto omni alio quod non est dispositio propria, potest esse maius et minus in individuis eiusdem speciei et ita intensio et remissio secundum formam illius speciei, absque hoc quod praecederent tales dispositiones contrariae et oppositae in subiectis. Tunc quaeritur, ut prius, quare est aliquid magis dispositum nunc quam prius, ut prius argutum est [5].

[b] *Sequitur textus interpolatus:* si praecedant tales dispositiones oppositae, ad maius et minus [6].

[c] *Loco* et ita (7) — ita (10) *textus interpolatus:* et ita, ad hoc quod intensum fiat remissum, oportet quod prius fiat motus a dispositione quae est in intenso, ad dispositionem convenientem gradui remisso, quam ex intenso fieret remissum, et e converso, – quod est impossibile, quia tunc [7].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

7-10 *et* 24-27: et ita (7) — ita (10) = APV$\Gamma^{BD}\Lambda^{GO}\Sigma$ρπβμυ et ita (24) — quia tunc (27) DCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$τγ 15-21 unde — argutum est = ADCMSRI(*om.* $I^2$ *cancellando prima verba*)Z$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ *edd.*; ¶ *text. sign. in text. et mg.* Extra $I^2$ ergo (17) — argutum est (21) *sign. lin. protracta* $A^1$ 22-23 si — minus = ADCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ *edd.*

T [1] scil. si ad magis et minus in forma requiritur dispositio non secundum rationem unius dispositionis (p. 257, 3-5). [2] scil. remissi. [3] Ex codicibus Ordinationem sequentibus, loco «conveniens utrique dispositioni» (quod habet Reportatio et codices Ordinationis qui eam sequuntur), quidam habent «dispositioni», quidam «dispositum». Prior lectio patefacit omissionem verborum «conveniens utrique», nam codices minime lectionem «dispositioni» traderent nisi verba illa in libro Duns Scoti antecessissent. [4] Cf. supra n. 241 et p. 255 nota 6. [5] «Tunc... est» (lin. 20-21), id est: 'Quia si tales dispositiones contrariae praecederent, tunc quaeritur quare subiectum est magis dispositum in gradu intenso quam in gradu remisso: aut videlicet quia dispositio illa praecedens est aliqua forma, aut quia non est aliqua forma. Si sit forma... secundum se', ut supra p. 257, 10-19. – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 119. [6] Cf. ib. n. 120. [7] Cf. ibidem.

innocentiae non erat aliqua dispositio maior vel minor ad caritatem; ergo omnes recepissent caritatem aequalem, quod non tenetur [a].

[6] Tertia etiam via – quae tenetur a quibusdam – 'de radicatione formae in subiecto' [1], videtur improbari, quia ista radicatio aut est aliqua forma absoluta (et habetur propositum, quod in tali [2] est magis et minus), aut non. Si non, sed tantum respectus, tunc videtur quod non possunt habere magis et minus nisi per magis et minus in fundamento, sicut absoluta non conveniunt in respectu nisi per fundamentum. 247

Tunc etiam [3] non proprie salvatur forma intensior [b], quia aliquando forma minus radicata in subiecto potest in se esse intensior: sicut rubor ex verecundia potest esse intensior rubore qui est qualitas passibilis in alio [4]. 248

## [II. – Responsio propria ad quaestionem]

Ad hanc quaestionem [5] concedo – praecipue propter tres rationes primas contra istam opinionem adductas [6] – quod realitas positiva, quae praeexstitit in caritate minore, non est tota realitas positiva quae est in caritate maiore. Immo, si essent caritas maior et minor 249

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* Item, angeli boni non habuerunt in merendo aliquam indispositionem, et tamen non habuerunt aequalem caritatem; unde non sequitur 'quilibet angelus in eadem specie aequaliter disponitur ad gratiam, ergo quilibet aequaliter habet gratiam' [7].

[b] *Loco* Tunc — intensior *textus interpolatus:* Item, iste modus non salvat formam unam esse intensiorem alia [8].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

10 *et* 23-24: Tunc — intensior (10) = PV$\Gamma^{BD}\Lambda^{GO}\Sigma$ *edd.* Item (23) — alia (24) ADCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{Y}$ 19-22 Item — habet gratiam = ADCMSRIVZ$\Gamma\Lambda^{YO}$τμυ; ¶ *text. sign.*: Extra *in text. et mg.* $I^2$ *lin. protracta* $A^1$ *litteris* a-b *in text. et mg.* $V^1$

F 3-4 Godefridus de Font., *Quodl.* II q. 10 in corp. (PhB II 146); textus cf. supra ad p. 254, 10-255, 6.

T [1] Secundum dicta n. 247-248 et analoge ad ea quae dicta sunt de dispositione p. 257, 10-19 (ubi eadem forma improbandi reperitur quae hic n. 247), continuandum est sic: 'propter quam radicationem, maiorem vel minorem, diceretur forma suscipere magis vel minus secundum essentiam, in subiecto, – non autem ut est forma absoluta, praescindendo videlicet a subiecto' (cf. p. 255 nota 6 et n. 241). [2] scil. in forma absoluta. [3] scil. si forma recipit magis et minus propter maiorem vel minorem radicationem (cf. nota 1). [4] puta in rosa minus intensa rubore. [5] Cf. supra n. 235. [6] Cf. supra n. 242-244; de ista opinione Godefridi cf. p. 255 nota 6. [7] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 122. [8] Cf. ib. n. 125.

separatae a subiecto, maior haberet in se realitatem positivam minoris et aliquam additam: si per impossibile tolleretur omnis habitudo ad subiectum (sicut quantitas molis, si poneretur separata a subiecto), etiam si per impossibile non haberet inclinationem ad subiectum, una tamen esset maior alia, et illa haberet in se totam realitatem positivam minoris et aliquid additum.

### [III. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

250 Ad argumenta in oppositum[1]. [7]

Ad primum – de numeris[2] – dico quod procedit ex defectu intellectus Philosophi. Comparat quidem ibi Philosophus quiditates ad numeros, in quantum sunt definibiles, eo modo quo Plato loquebatur de quiditatibus, ponendo quiditates separatas[3]; substantiae quidem hoc modo acceptae, id est quiditates rerum, comparantur numeris secundum illas quattuor proprietates[4], – quarum una est ista, quod 'quodlibet additum variat speciem': et intelligo sic, quod de specie faciat aliam speciem vel quod de non-specie faciat speciem. Quaelibet enim differentia, addita definitioni, aut indicat quiditatem, aut speciem aliam a praeexsistente constituit, aut si praeexsistens fuit ratio generis, determinat ad rationem speciei, quae non habebatur ante additionem differentiae [a].

251 Dico ergo quod additum quiditati, acceptae secundum rationem quiditatis, alterat speciem, altero dictorum modorum[5]. Sed quod additur non quiditati ut quiditas est, non mutat; gradus autem individualis quicumque, sicut et differentia individualis contrahens ad esse 'hoc', sive unitas sive pluralitas individualis, et breviter quaecumque condicio individualis addita naturae specificae, non additur sibi quantum ad rationem quiditativam, ita quod secundum illam rationem determinet eam, et propter hoc non mutat speciem quidi-

[a] *Sequitur textus interpolatus:* Exemplum de intellectiva, addita ut differentia animae sensitivae [6].

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)
29-30 Exemplum — sensitivae = ADCMSRIZ$\Gamma^{N}\Lambda^{YO}$τγμυ

F 11-12 PLATO, *Parmenides* c. 3-6 (I 628-631).

T [1] Cf. supra n. 235-239. [2] Cf. supra n. 235. [3] Cf. *Expositio in XII libros Metaph. Aristot.* VIII c. 4 n. [22] (ed. Vivès VI 291*a*). [4] Cf. ib. n. [22-25] (p. 291*a*-294*a*). [5] Cf. supra lin. 16-17 (« de specie... faciat speciem »). [6] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 127.

tatis cui additur: non enim potest neque in aliam speciem praeexsistentem[1] mutare, neque de non-specie in aliquam[2] speciem, nisi ipsum additum sit ratio speciei, – et tale non est aliqua condicio individualis.

[8] Ad formam tunc auctoritatis[3] dico quod si adderetur aliquid quod esset pars quiditativa, quiditati praeexsistenti, mutaret speciem, sicut si addatur aliquid quod est pars numeri numero praeexsistenti, mutatur species numeri; si autem addatur aliquid quod non est natum esse pars numeri (puta aliquod accidens[4]), vel pars – numeri – materialis (puta si intelligeretur una unitas ternarii fieri intensior quam prius), in se non mutaretur species[5] [a]. Ita in proposito: quaecumque differentia individualis (vel gradus) additur quiditati, non est nata esse pars quiditatis. 252

Per idem[6] apparet ad Porphyrium[7], qui simili modo[8] loquitur de differentia in quantum est per se pars definitionis. Hoc modo consistit in indivisibili, hoc est accipiendo secundum illam indifferentiam secundum quam abstrahitur ab individuis, quae indifferentia – totalis[9] – est gradus eius ut est differentia specifica; sic non recipit magis et minus, quia 'quaecumque magis et minus' possunt competere individuis hoc modo[10], et sunt omnia intra istam indifferentiam differentiae et non addunt differentiae secundum hanc indifferentiam. 253

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* sed secundum aliquem gradum individualem[11].

ADCPMSRIVZΓ$^{BDN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)
23 sed — individualem = ADCMSRIZΓ$^{N}$Λ$^{Y}$τγ

T [1] id est: 'neque in speciem aliam, speciem quiditatis praeexsistentem' etc. – Loco «neque... mutare» (lin. 1-2) codices Ordinationem sequentes habent «neque in aliam speciem mutare, neque in aliam speciem praeexsistentem». Istud falsum est, quia nihil potest mutari vel non mutari in aliquid praeexsistens, sed e converso, ut patet ex dictis p. 260, 17-20. [2] Loco «aliquam» codices Ordinationem sequentes habent «aliam». [3] scil. VIII Metaphysicae, supra n. 235. [4] ex. gr. albedo (cf. Duns Scotus, *Lectura* I d. 17 n. 178). [5] supple: 'sed per accidens'; cf. textus Reportationis lin. 23. [6] scil. per dicta ad primum (n. 235), supra n. 250-252. [7] Cf. supra n. 237. Ad argumentum n. 236 respondebit infra n. 254-255. [8] scil. sicut Aristoteles (n. 235). Aristoteles loquitur de differentia seu variatione, in forma, secundum speciem (n. 235), id est «secundum rationem quiditatis» (n. 251), in quantum scilicet est «pars quiditativa» (n. 252) seu «per se pars definitionis» (lin. 15 et n. 250); unde, si etiam Porphyrius ita intelligat, ad eum respondendum est per eandem expositionem, dicendo videlicet quod differentia formalis (seu «in forma vel secundum formam» [n. 255]), accepta nempe secundum speciem, «consistit in indivisibili» (n. 253) etc. Cf. Godefridus de Font., supra ad p. 254, 10-255, 6. [9] scil. in quantum extendit se ad omnia individua (cf. lin. 20-21). [10] scil. secundum dictam indifferentiam. [11] Cf. Duns Scotus, *Rep.* I A d. 17 n. 129.

254 Ad illud de X *Metaphysicae* [1] potest responderi per idem, vocando differentiam formalem 'differentiam quiditativam' [2].

255 Potest etiam dici – ad formam [3] – quod non omnis differentia formarum est formalis, proprie loquendo de formali, prout videlicet differentia formalis est differentia secundum formas, sicut non omnis differentia hominum est differentia in humanitate. Cuius ratio assignatur et realiter et logice. Realiter sic: possunt homines habere humanitatem, et differre, licet non per humanitatem, – et ita in humanitate non differunt; ita possunt purae formae differre, et tamen non per formalitatem differunt, et ita nec formaliter, quia idem est differre formaliter – proprie loquendo – quod differre in forma vel secundum formam [a]. Logice sic: quia terminus differentiae intelligitur per negationem, inclusam in differentia, respectu illius negationis potest accipi confuse et distributive; ita etiam illud quod denominatur esse ratio differentiae (quale est illud quod construitur cum differre, ut in quo vel secundum quod denominatur), quod posset confundi a negatione. Nunc autem ad negationem inferioris non sequitur negatio superioris, sed est destructio antecedentis et fallacia consequentis [4].

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* Ad rem etiam dico quod aliqua possunt differre specie inter se, tamen non causant differentiam talem in tertio, – sicut album et nigrum differunt specie, et tamen Socrates albus et Plato niger non; ita licet differentiae individuales sint primo diversae, tamen non variant essentiam, quia accidunt essentiae et sunt materiales respectu eius, – et sic de masculino et feminino, et sic etiam de gradibus respectu formae secundum se, quae [5] secundum suum esse non determinat [6] sibi certum gradum.

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)
20-26 Ad rem — gradum = I$\Gamma^{N}$

T [1] Cf. supra n. 236. [2] aliis verbis: 'differentiam formalem accipiendo pro quiditativa vel specifica, ut scilicet est per se pars definitionis (p. 261, 15). potest responderi per dicta n. 253, dicendo nempe quod isto modo consistit in indivisibili' etc., ut supra p. 261, 16-22. – Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 17 n. 180. [3] scil. auctoritatis X Metaphysicae (n. 236), de qua n. 254. [4] Puta, dicendo: 'differentia sive non-identitas hominum, ergo differentia sive non-identitas in humanitate vel secundum humanitatem'; vel aliis verbis (secundum Lecturam): 'iste homo differt ab illo sive est non ille homo, ergo differunt sive sunt non idem in humanitate vel secundum humanitatem'. Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 17 n. 181. – De terminis logicalibus occurrentibus cf. PETRUS HISPANUS, *Summulae logicales* tr. 6 n. 11. 21-22 et tr. 7 n. 59 et tr. 12 n. 1. 21. 41-43 (p. 60. 63-64. 88. 112. 118. 124). [5] scil. forma. [6] Loco « determinat » codices habent « determinant ». Textus iste (lin. 20-26), tantum in tribus codicibus (I$\Gamma^{LN}$) prostans, invenitur etiam in uno codice Reportationis (Taurini, bibl. univers., cod. K. II. 26, f. 55*ra*) et in Lectura (cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 17 n. 182), ubi concorditer traditur « determinat ».

[9] Ad aliud, de *Sex principiis*[1]: sicut probat simplicitatem formae, ita concedenda est sibi conclusio. Probat autem simplicitatem oppositam quantitati molis, quia ipsa addita non facit magis secundum molem (forma enim posita in subiecto non est aliquid magis quam prius fuit). Concedatur ergo simplicitas formae opposita quantitati molis, – sed hoc nihil est contra intensionem secundum magis, quae pertinet ad propositum. 256

Ad rationem illam[2] dico quod hoc quod dicitur 'aliquid accidere naturae speciei', potest intelligi duobus modis: uno modo sic quod sit extra rationem quiditativam speciei, quomodo dicitur differentia accidere generi, – et sic accipitur accidens in fallacia accidentis pro extraneo, quod est extra rationem alterius[3]; alio modo dicitur accidens, quod non facit 'per se unum' cum eo cui accidit, sicut albedo cum corpore[4]. Primo modo, dico quod albedo intensa aliquid habet quod accidit naturae speciei (ita etiam habet albedo remissa, immo omne individuum habet aliquid quod accidit naturae speciei, – alias non contraheretur natura speciei); secundo modo, dico quod intensa non habet aliquid quod accidit naturae speciei, quia ille gradus qui intelligitur addi naturae secundum se, facit 'unum per se' cum natura, sicut et quaecumque differentia individualis addita naturae facit 'unum per se' cum natura. Quando ergo dicis 'si intensum includit aliquid quod accidit naturae speciei, ergo remissum quod non includit illud, non est in specie'[5], consequentia non valet loquendo de accidente primo modo sumpto, quo modo – et non alio – antecedens est verum[a b]. 257

---

[a] *Sequitur textus interpolatus:* Non ergo valet inferre 'ergo non est in specie talis gradus', sed debet inferri 'ergo talis gradus non est species'; est ergo in specie ut contentum sub ea. Nec sequitur 'ergo alius non erit in specie'; non enim sequitur 'non habet quidquid pertinet ad speciem, ergo non est in specie'. – Vel

ADCPMSRIVZ$\Gamma^{BDN}\Lambda^{YGO}\Sigma^{QU}$(ρτπγβμυ)

26-*p.* 264, 5 Non ergo — sub specie = $P^2$IVΓ; ¶ *text. sign.:* Extra $\Gamma^{D2}$ *litteris* a-b $V^1$

F *2-5 Liber de sex principiis* c. 1 n. 1 (ed. Heysse-Van den Eynde, 8): « Compositio etenim [forma] non est, quoniam a natura compositionis seiungitur. Compositionum enim unaquaeque alteri adveniens compositioni, maiorem se coniunctam quodam modo efficit. In forma autem hoc minime est, nam in eo quod corpus album est, non dicitur maius aut minus se ipso non albo; nec si non album intelligatur, destructio compositionis vel minoratio aliqua facta est, sed alteratio sola ».

T [1] Cf. supra n. 238. [2] Cf. supra n. 239. [3] Cf. Petrus Hispanus, *Summulae logicales* tr. 7 n. 40 (p. 80). [4] Cf. ib. tr. 2 n. 15-16 (p. 20). [5] Cf. supra n. 239.

potest dici quod 'aliquid pertinere ad speciem' est dupliciter, vel quiditative vel subiective. Partes quiditativae sunt de per se intellectu speciei, sed non subiectivae, sed sunt sicut partes remotae; sic est in proposito: nullus gradus formalis pertinet ad speciem ut pars per se et essentialis speciei (quia sine quolibet gradu potest intelligi species), sed bene pertinet ad speciem ut contentum sub specie [1].

[b] *Post* verum (*p.* 263, 25) *a Duns Scoto relinquitur spatium vacuum magnum* [2].

ADCPMSRIVZΓ$^{BDN}$Λ$^{YGO}$Σ$^{QU}$(ρτπγβμυ)

6 *ad complendum locum a Duns Scoto relictum vacuum, tradunt quaestionem 5 distinctionis 17 ex* ADC
*Rep. I* A ('Utrum caritas augeatur per extractionem partis novae de potentia ad actum') *insuper quae-*
MSRIVZΓΛ$^{Y}$Σ$^{U}$ρπ$^{Φ}$β$^{Φ}$μυ [[*in fine libri primi* Σ$^{U}$; *adiungit* (¶ *sign.* Quaestio extra I$^{2}$) *tota quaestio sign.*: Pro
*stionem 7 distinctionis 17 ex Rep. I* A ('Utrum caritas possit deminui') I]]; ¶ *tota quaestio sign.*: Pro ista quaestione, illud album in libro Scoti A$^{2}$ Extra Γ$^{D2}$ Aliqui ponunt unam ultimam quaestionem (*sequitur textus*). Et non est de originali Doctoris, sed pertinet ad Reportationes π$^{Φ}$β$^{Φ}$ *lin. anfractuosa* μ.

*Pro dist. 18, quae in Ordinatione deest, introducunt textum eiusdem dist. ex Rep. I A vel* ex Addit. Magn. ('Utrum donum dicat proprietatem personalem Spiritus Sancti') DRIVZΓΣ$^{U}$ρπ$^{Φ}$γβ$^{Φ}$μυ [[*post dist.* 19 D *in fine libri primi* Σ$^{U}$]]; ¶ *text. sign.*: Sciendum quod ista quaestio, nunc dicta, non est de Ordinatione magistri Ioannis Duns, sed forte de Reportatione (*in textu*) I Haec quaestio non est de Ordine Ioannis Duns (*in textu*) Γ$^{N}$ Extra Γ$^{D2}$ Item a multis ponitur una quaestio pro 18 dist., et non est de textu, quia pertinet ad Reportationes π$^{Φ}$β$^{Φ}$ Quaestio addita quae non est in aliis editionibus etiam antiquis, est tamen de Scripto Anglico, ex II d. 1 q. 1 υ *lin. anfractuosa* μ

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* I A d. 17 n. 134. [2] Iuxta dicta supra p. 248 nota 7, spatium album relictum est saltem pro una adhuc quaestione et etiam pro distinctione decima octava. In Reportatione sequuntur tres quaestiones, quarum prima a pluribus codicibus transfertur huc in Ordinationem, sed de ea in codice A ponitur nota: «Pro ista quaestione, illud album in libro Scoti». Distinctio vero decima octava, quae a codice A omittitur, a paucis habetur, et quidem vel secundum Reportationem vel secundum Additiones Magnas; in codice I in fine legitur: «Sciendum quod ista quaestio, nunc dicta, non est de Ordinatione magistri Ioannis Duns, sed forte de Reportatione» (est revera de Reportatione); similiter duo alii codices. Cum igitur istae quaestiones pertineant ad Reportationes, eas hic simpliciter omittimus.